








1 2 3 4 5





Itire tu patule recubans sub tegmine fagi

Siluestrem tenuu musam me/ditaris auena

Nos patrie fines et dulcia linquimus arua.

Nos patriam fugimus tu ti/tire lentus in vmbra.

Formosam resonare doces amaryllida siluas

¶ Construe sic. O tytire. i. o virgili. tu recubans. i. iacens. quietus sub tegmine. i. sub vmbra. fagi. i. illius arboris frondose. patule. i. late spaciose. meditaris. i. cantas. musam siluestrem. i. carmē rusticum auena tenui. i. culmo vel stipula dulci: agili. Nos. i. mantuani linquimus. i. dimittimus nō sponte nostra. fines. i. methodū: terminos patrie. i. mantue ciuitatis nostre. et linquimus inq̄ arua dulcia i. campos amenos: delectabiles. Nos. i. mantuani. fugimus. i. relinquim⁹ patriā. i. mantuā. et o tityre. i. virgili. tu lentus. i. quietus ociosus in vmbra. doces id est facis siluas. i. nemora resonare id est cātare. amaryllida formosam. id ē carmen tuum de amaryllide. i. de amica tua compositum.

¶ Sicut dicit seruius super Eneidē In exponēdis autoribus de nomine vita et moribus actoris: de qualitate sermonis ꝛ de intentione vel fine ꝓpter quē scribitur solet queri. vbi dicit seruius q̄ virgilius fuit etiā filius virgilii natus in mantua ciuitate venetie verecūdissimus poeta. vno tñ vicio laborabat. quia lubricus valde fuit ꝛ impatiens libidinis. sic q̄ quidā vocauerunt eū balistā: quia balista non pōt continere impetum. Ideo super eius tumulum scriptum fuit. Monte sub hoc lapidū tegitur balista sepultus. ¶ Catholicon dicit q̄ dictus est Uirgilius a matre sua virgilia: quia ipsa pregnans vidit in somnis virgam ascendentē ex vtero suo ad celum. s. filium suū astrologum ꝛ phylosophum magnū. ¶ Uita eius fuit studiosa. Studuit enim neapoli: cremone: mediolani. Et cum esset. xxviii. annorū scripsit buccolica spacio triū annorū sicut dicitur in fine quarti georgicorū. Carmina que lusi pastorum: audaxq3 iuuenta Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi. Fecit vero georgica in octo annis et eneidem in duodecī annis. Et correxit buccolica ꝛ georgica. buccolica quidem ad preces et contemplationē pollionis Sed georgica ad preces messenatis presidis. morte vero preuentus dimisit Eneidē in=

correctam quam ideo iussit post vitam suam cremari contra quē ex=
clamat augustus cesar Ergo ne sup̄mis potuit vox improba ꝟbis
Tam dirum mādare nephas ergo ibit in ignes. Magnaqꝫ doctilo
qui morietur musa maronis. ideo augustus cesar cōdolens tantum
opus extingui prohibuit ipsum cremari et dedit ipsum corrigenduꝫ
duobus magnis philosophis scꝫ tucce et varroni sub tali lege ꝙ su=
perflua demerent et nihil adderēt. ideo in eneide reperiūtur versus
truncati et incompleti. Reperiuntur etiam versus detracti qui non
sunt scripti in corpore libri sicut ibi. Ille ego qui quōdam gracili mo
dulatus auena ⁊ cetera. vsqꝫ arma virūqꝫ cano ¶ Si autē in bucco
licis reperiantur aliqui versus incompleti sicut ibi incipe menalios
hoc non est propter incorrectionem sed ex pigricia scriptorum quos
piget sepe scribere et ostendere versum interscalarem vt dicetur suo
loco ¶ Ex istis potest recolligi etas virgilii scꝫ ꝙ vixit quinq̄gīta an
nis. habebat enim. xxviii. annos quādo composuit buccolica que fe
cit in tribus annis et georgica in octo. et eneidē in duodecim. et hoc
est verū si illos scripserit sine pausatione ¶ Nam virgilius in eneide
vsus est stilo grandiloquo et metro heroico quod tenet vera et ficta
et humana et diuina. ¶ In georgicis vero vsus ē sermōe mediocri.
Sed in buccolicis vsus ē stilo humili scđm materiā humilem de qua
loquitur ¶ Vn̄ ip̄e dicit in buccolicis Si canimus siluas sunt silue
consule digne. i. ꝑm altitudinē materie debet eē stilus altior. Buccoli
ca autē carmina dicūtur a bus qđ ē bos et icos custos. quia sunt car
mina facta de pastoribus boū vel aliorum pecorum q̄ per boues in=
telliguntur. Et sunt in libro buccolicorū decē egloge. Dicitur auteꝫ
egloga ab egle qđ ē capra et logos sermo quasi caprinꝰ sermo: qꝛ loq̄
tur de paruis et vilibus rebus et sic patet qualitas metri. Intentio
auteꝫ virgilii scribentis buccolica fuit sub iocundis verbis et in per
sona rusticorū pastorū laudare augustū cesarē pro beneficiis sibi ab
eo collatis. laudare etiam protectores suos pollionem et mecena=
tem in quo relucet magnum ingeniū virgilii scꝫ comp̄hendere ma=
gnam rem in ꝑua videlicet ímꝑatores senatores et alios p̄sides in
ꝑsona pastorū: sicut in georgicis designauit apes sub nominibꝰ regū
vel ducū quādo dicit ī quarto Magnanimosqꝫ duces. Dicit ergo ī
principio buccolicorū absqꝫ prohemio. Tytire tu patule ⁊c. vbi ītro
ducit duos pastores scꝫ tityrum ⁊ melibeū. per tityrū intelligitur ip
se virgilius et per melibeum intelligitur quidā seruus vicaneus vel
vicinus mātuanus noīe cornelius gillus. Vbi ē notandū ꝙ vigente
bello ciuili inter augustū cesarem et anthoniū augustus fuit victor ⁊
obtinuit cremonā quā dimisit suis militibꝰ ꝓ stipendiis suis. Sꝫ qꝛ
terra cremonensis non sufficiebat eis: ideo dedit eis augustus man
tuam quare mātuani expulsi sunt a suis possessionibus et dictuꝫ est
eis verbū duꝝ veteres migrate coloni. ⁊ hētur ī sequētibꝰ. ꝯtrā tua ve

misere nimiũ vicina cremone. Sed virgili⁹ hoc vidēs venit romā vbi vsus patrocinio pollionis ⁊ mecenatꝭ ĩpetrauit ab iperatore agros sc3 quos milites sibi abstulerāt. qd vidēs gallus cornelius q̄si iuidēs felicitati virgilii q̄ solus recupauerat agros a se dēptos dicit ei. Tityre. i. virgili tu es multũ felix quia tu q̄etus sub vmbra vel tegmīe fagi: arboris frōdose cantas carmīa leta auena tenui sc3 modici stili. Et loq̄tur more pastorũ qui faciũt fistulas suas de culmo vel stipula auene. Et notāda est dr̄a īter patens ⁊ patulũ: q: patulũ est q̄d naturaliter pat3 vel aperit̄ sicut nares. sed patēs est illud quod aliq̄n aperit̄ et aliquando claudit̄: vt ostiũ vel oculi. Fagus aũt est naturaliter patens larga arbor. ❡ Primo aũt tp̄e fructus fagi comedebātur ido dicit̄ fagus a fagi qd est comedere. ❡ Nos patriā fugim⁹. i. nos mātuani patriā relinq̄m⁹ et nō relinq̄m⁹ sponte nostra ymo qd plus est fugim⁹ patriā nostrā coacti fugere. et nos etiā tristes linq̄m⁹ arua nostra: sed tu doces siluas resonare amaryllida. i. amicā tuā: q: facis carmīa iocosa de pollione et de cesare quos amas et illa carmīa resonant p siluas. i. per maiores et ātiquos viros. Et loq̄tur more rustico quo pastores cantant in siluis.

O melibee deus nobis hec ocia fecit. Ty.
Namq3 erit ille michi semper deus: illius aram
Sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues (vt cernis) et ipsum
Ludere que vellem calamo permisit agresti.

Construe sic. O melibee o pastor deus. i. cesar augustus fecit. i. dedit hec ocia. i. ista bona vel quietē. Nāq3 ille. i. cesar erit michi. i. virgilio semp deus. i. in vita ⁊ post mortē suā agnus. i. ouis tener. i. iuuenis ab ouilib⁹ nostris. i. a pecorib⁹ nostris imbuet. i. sacrificabit arā. i. sup altare illius sc3 augusti cesaris. Ille sc3 cesar pmisit meas boues. i. vaccas errare. i. per cāpos esse vt cernis. i. vt vides et pmisit ip̄m. i. me virgiliũ ludere calamo agresti. i. fistula rustica q̄ vellē. i. quecũq3 carmīa vellē ludere. O melibee. respōdet tityr⁹. i. virgilius ad melibeũ dicēs ꝙ deus sc3 cesar dedit sibi illa ocia. i. facultatē viuēdi ex p priis agris sine graui labore ❡ Nāq3 erit ille. i. cesar erit michi deus in vita sua ⁊ post mortē. Nam alii iperatores reputabātur īter deos post mortē: sed augustus cesar ī vita sua meruit deitatē et habere tēplum sicut deus ❡ Illius aram ⁊c. i. quādiu vixero faciā sacrificiũ supra altare suũ et irrigabo aram suā de sanguīe agni. ❡ Ille meas errare boues. i. cesar dedit michi agros ⁊ libertatē cantādi carmina rustica metri quecũq3 vellem ludere nō per minas siue per coactionem sicut etiā ipse virgilius dicit in georgicis. carmina que lusi ⁊c.

Non equidez inuideo: miror magis vndiqz totis
Usqz adeo turbatur agris: en ipse capellas
Protinus eger ago: hanc etiaz vix titire duco
Hic inter densas corillos modo nāqz gemellos
Spem gregis ah silice in nuda connixa relinquit
Sepe malum hoc nobis si mens non leua fuisset
De celo tactas memini predicere quercus
Sed tamen iste deus qui sit da titire nobis

¶ Cōstrue sic Equidē .i. certe nō inuideo .i. nō habeo īuidiā miror magis .i. admiror ꝙ turbat̄ .i. ꝙ nos mātuani turbamur vndiqz .i. ex omi ꝑte totis agris .i. ī agris nostris vsqz adeo .i. intantū vel multū en .i. ecce ipē .i. ego melibeus eger .i. nō sanus ago .i. duco ꝓtinus .i. lōge a finib⁹ capellas .i. capras o tityre vix .i. cū difficultate duco .i. cōduco hāc scz caprā hec capra scz cōnixa ē .i. peperit hic .i. in isto loco inter corillos .i. illas arbores densas .i. spissas gemellos .i. duos filios exn̄tes supple spē gregis .i. spē future gn̄ationis: et ipsa inq̄ relinq̄t ah .i. interiectio admirātis illos gemellos in silice nuda .i. supra lapidē durū. memini quercus .i. illas arbores tactas fulmīatas de celo .i. desup predicere .i. significare hoc malū .i. nos ꝑdituros agros sepe multoties nobis mātuanis si mēs .i. cogitatō nō fuissz leua .i. bene ꝯsiderasset. Sēsus ē nos ꝑdere agros res manifesta scz quercus predicabat sed nos mētis īprudētia capti intelligere nequim⁹. Sz tityre .i. virgili da .i. dic nobis q̄s est iste de⁹ q̄ dat tibi ista ocia ¶ Non eq̄dē. Loq̄tur iterū melibeus sed ne videat̄ loqui ex īuidia dicit se nō īuidere sz mirari de felicitate virgilii q: alii mātuani patiūtur oīs miserias q: turbant̄ in agris ipsorū vsqz adeo .i. multū. Et est turbat̄ verbū impꝑsonale qđ indr̄nter se hz ad omnē ꝑsonā: in quo vult melibe⁹ latēter redarguere augustū cesarē nō designando illū q̄ turbat. vult etiā ostēdere ꝙ oēs mātuani fuerūt turbati sine aliq̄ discretione: et etiā sine culpa q: nō fuerūt expulsi ꝓpter sua demerita: sz ꝓpter vicinitatē ad cremonā vt dictū est. Et nō dr̄ turbamur q: verbū impꝑsonale designaret paucos ⁊ nō oīs ¶ En ipse capellas. Hic melibeus mōstrat euidēter suas turbatōnes dicēs ꝙ ipē eger corpore ⁊ animo vix ducit secū duas capras .i. matrē ⁊ exorē: et cā laboris est q: capra sua .i. exor de nouo cōnixa ē .i. est enixa vel peperit gemellos .i. duos filios q̄ sūt spes futuri gregis ⁊ future gn̄atiōis. Et augmētatio laboris ē q: nō peperit ī lecto molli: sz supra silicē vel lapidē dur ⁊ sine vestimētis vel straminib⁹ adīuoluendū gemellos. ¶ Sepe malū hoc nobis. Hic melibeus dicit ꝙ si ipse fuisset sapiēs ⁊ cōsiderasset signa

et auguria ipse potuisset ꝑcauere istā turbationē q2 anno precedenti querc⁹ que sūt arbores glādifere ⁊ ꝑtinētes esui fuerūt tacte de celo id ē leuiter fulmiate. Querc⁹ sūt arbores ī tutela iouis ⁊ sibi ꝯsecrate ideo nō ꝑmisit eas dure fulmīari ⁊ qñ arbor iouis fuit tacta ⁊ turbata signū erat ꝙ mātuani q̄ erant ī tutela augusti turbarentur Sed tñ iste deus. O tityre da. i. dic mihi q̄s est ille de⁹ qui dedit tibi ocia et ludere q̄ velles. Ubi notandū est ꝙ dare significat tria. s. dicere: ꝯtribuere: ⁊ ꝯcedere. Juxta illos vers⁹. Dico ꝯtribuo ꝯcedo significat do. Cetera videātur super textu. d allegoria aūt quā aliq̄ volūt in eis versibus predictis quia dicūt carmina cantari a virgilio de vrbe romana vide seruium et alios expositores

Tityrus.

Urbem quā dicunt romam melibee putaui
Stultus ego huic nostre similez quo sepe solemus
Pastores ouium teneros depellere fetus
Sic canibus catulos similes: sic matribus edos
Noram: sic paruis componere magna solebam
Uerū hec tantum alias inter caput extulit vrbes
Quantum lenta solent inter viburna cupressi

Construe sic ego titirus stultus. i. īprudens o melibee putaui. i. credidi vrbem. i. ciuitatem quā scʒ vrbem dicunt. i. vocant romā esse supple similem. i. equalē huic nostre. i. mantue quo. i. ad quā nos pastores ouiū. i. caprarū sepe solem⁹. i. cōsueuim⁹ depellere. i. a lacte remouere seu enutrire fetus teneros. i. agnos nouiter natos. Sic. i. eodē modo cognouerā romā esse similē mātue sicut norā. i. nouerā catulos. i. paruos canes esse similes canib⁹ magnis ⁊ sicut norā inq̄ edos id ē hircos teneros esse similes matrib⁹ suis. Sic solebā ꝯponere. i. cōparare magna. i. res magnas paruis. i. rebus minimis verū. i. certe hec scʒ roma tantū extulit caput. i. est maior inter alias vrbes. i. ceteras ciuitates q̄tum cipressi id est ille arbores magne solēt se extollere supple. inter viburna lenta id est inter illas arbores paruas seu curuas. ¶ Urbem quam dicunt romam et cet. Tityrus respōdet more rustico per longas ambages quis fuit ille deus et q2 null⁹ homo potest esse sine loco: ideo describit locum in quo est augustus: scilicʒ romam: et facit topographiam sicut si aliquis describeret parisium ad ostendendum quis sit rex. dicit ergo O melibee ego stultus et ignarus pastor quando audiebam loqui de roma putabam ꝙ esset quedam pauper ciuitas sicut mantua nostra in qua nos pastores ouium depascimus agnos Sed talis est dr̄ia inter romam et mātuā q̄lis ē inter magnos canes et ꝑuos. s. catulos: vel iter hedos

et capras: qr roma excedit alias vrbes sicut cupressus viburna. i. fru ctices. Cupressus eni ē arbor alta et viburnū est paruū arbustum.

Et que tanta fuit romam tibi causa videndi Me.

¶ Cōstrue. que cā. i. q̄ occasio tāta. i. tā magna fuit tibi tityro vidē di. i. eūdi romā. i. illā vrbē. Et q̄ tāta. Querit iterū melibe⁹ q̄ fuit cā fi nalis q̄re tityr⁹ venit romā qr magna cā reqrit̄ ad magnū effectū.

Libertas: que sera tamen respexit inertem Ty.
Candidior postquam tondenti barba cadebat
respexit tamen: et longo post tempore venit
Postquā nos amaryllis hab3 galatea reliquit
Namq3 fatebor enim: dum me galatea tenebat
Nec spes libertatis erat: nec cura peculi
Quāuis multa meis exiret victima septis
Pinguis: et ingrate premeretur caseus vrbi
Nō vmquā grauis ere domū mihi dextra redibat

¶ Cōstrue Libertas cādidior. i. pura fuit cā q̄re ego veni romā q̄ li bertas sera. i. tarda tñ respexit. i. ꝯspexit me inertē. i. pigrū postq̄ bar ba mea cadebat. i. decedebat tondēti. i. radēti tñ libertas respexit me et venit. i. aduenit michi lōgo tp̄e. i. p longū tp̄us post. i. postea et p⁹ q̄ amaryllis. i. roma hēt. i. possidet nos. i. me tityrū galathea. i. man tua reliqt. i. dimisit me. fatebor eni. i. dicā veritatē dū galathea. i. mā tua tenebat. i. possidebat me tityrū spes. i. fiducia libertat; hñde non erat mihi nec cura. i. solicitudo peculi id est gregis erat mihi q̄uis multa victima. i. multa sacrificia exiret. i. pcederet ex meis septis. i. ex meis ouilib⁹ et q̄uis pinguis caseus p̄meret̄. i. fieret. vrbi ingrate. i. ad mantuā ingratā ¶ Nō vmq̄. i. nūq̄ dextra sc3 man⁹ redibat. i. re uertebat̄ domū meā grauis. i. plena ere. i. argēto ¶ Libertas. rñdet tityrus q̄ libertas fuit cā q̄re venit romā sc3 vt esset liber vñ seruus vult libertatē vt careat s̄uitute. sed nobilis vel īgenu⁹ vult libertatē vt viuat s̄m suū arbitriū. Nō erat aūt alibi libertas sicē rome. Que sera tñ. Hic tityr⁹ increpat seip̄m qr prius nō venerat romam vt eēt liber fuit eni piger q̄rendo libertatē q̄uis finalr̄ ip̄a3 habuerit. Cā didior. Hic more rustico designat tēp⁹ a quo fuit liber sc3 ab illo tp̄e quo habuit amicā amaryllidā vel ab illo tēpore q̄ rosa fuit barba sua Sic eni ꝯputabāt rustici tēpora sc3 āno quo fuer̄t ꝯiugati qr nesciūt aliter di stiguere tp̄a. Et notādū est q̄ cādidior nō ē adiectiuū de bar ba qr tūc virgili⁹ nondū hēbat barbā candidā vel canā: cū ipse esset xxviii. annorū qñ fecit hūc librū. S3 cādidior est adiectiuū de libertas

et est sensus libertas candidior respexit cũ ab illo tpe quo barba sua tondebaẗ: vel q: postea dicit fortunate senex ideo pōt dici q est muta tio psone et q virgili⁹ loq̃tur in psona cuiusdã veteris ¶ Postq̃ ꝛc
Per amaryllidã intelligit romã: et per galateã intelligit mãtuam. et dicit q libertas sibi venit qñ dimisit mãtuam et venit romam.
¶ Namq3 fatebor eni. Hic supfluit illa ꝯiũctio eni cã metri ꝯplẽdi et dicit tityrus q q̃diu mãsisset mãtue nũq̃ fuisset diues aut liber. Ubi notaẗ q nõ est ꝓmotio nisi i bonis vrbibus: q: miseri sũt castra sequẽtes Et dicit peculi per apocopã.i. peculii qđ significat diuicias dicit eni a pecudib⁹ q: tote diuitie antiquorũ erãt i pecudib⁹ et armẽtis: q̃uis loq̃tur more rusticorũ qui ex laborib⁹ suis sibi sufficiunt et administrãt alimẽta et tñ ciues vrbiũ sepe deridẽt eos ꝛ faciũt eos expendere suas pecunias in ludis et tabernis: exactionib⁹: ipositio nibus gabellis. ꝛc. sic q qñ redeũt ad domos suas vix reportãt lucrũ de caseis vel aliis alimentis que vendiderunt. Me

Mirabar quid mesta deos amarilli vocares
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipse te tityre pinus
Ipsi te fontes: ipsa hec arbusta vocabant

¶ Construe sic. O amarylli.i. o roma mirabar.i. admirabar quid.i. quare tu mesta.i. tristis vocares.i. vocabas deos.i. supos et mirabar cui.i. in cui⁹ honorẽ patereris.i. suares poma.i. officia vel dignitatẽ pẽdere.i. esse i sua arbore.i. in vrbe pricipali sc3 quia rome pendebant officia. tityrus.i. virgili⁹ aberat.i. absens erat hinc.i. a roma et o tityre.i. o virgili ipe pinus.i. ille arbores vocabãt.i. appellabant te virgiliũ et ipsi fõtes vocabãt inq̃ te et ipa arbusta.i. alie arbores vocabãt inq̃ te virgiliũ ¶ Mirabar. Hic melibe⁹ loq̃tur ad vrbẽ romã sub noĩe amaryllidis quã tityr⁹ amabat dicẽs q ipse mirabaẗ q̃re amarillis tristis vocabat deos sc3 roma orabat vt ad eã veniret virgilius mirabaẗ etiã cui ipsa amarillis seruabat pulchra poma i sua arbore sc3 pulchra officia suabãtur rome ꝛ pulchre dignitates ꝓ virgilio q̃ erat absens ¶ Ipse te tityre Nunc scio o virgili q alte pinus et alte arbores.i. vrbs romana et cesar: ꝛ sacri fõtes.i. sapiẽtes senatores qui sunt pleni sapientia: et arbusta.i. populus romanus vel parui seculares expectabant te. Tyti.

Quid facerem: neq3 seruitio me exire licebat.
Nec tam presentes alibi cognoscere diuos
Hic illum vidi iuuenem melibee: quot annis
Bissen os cui nostra dies altaria fumant

Hic mihi responsuz primus dedit: ille petenti
Pascite vt ãte boues pueri summittite thauros.

¶ Cõstrue sic Quid facerẽ mãtue supple: neqȝ licebat. i. nõ potuissẽ exire. i. liberare me virgiliũ: a seruitio. i. a seruitute nec licebat inq̃ cognoscere. i. iuenire alibi. i. ĩ aliis ciuitatibꝰ a roma diuos. i. dños tam p̄ntes. i. tã ꝓpicios et o melibee vidi. i. cognoui illũ iuuenẽ. i. octauianũ augustũ: ⁊ vidi inq̃ quot ãnis. i. singulis ãnis augustũ cui. s. augusto nr̃a altaria fumãt. i. sacrificãt bissenos dies. i. ꝑ duodeci dies ĩ anno hic. i. augustꝰ dedit. i. tribuit primꝰ. i. ĩ prima mea petitõne: responsuz. i. libertatẽ et ille. i. augustꝰ dicit supple mihi petẽti. i. q̃renti libertatẽ: o pueri. i. o pastores pascite. i. nutrite boues. i. vaccas vt ãte id ẽ sicut fecisti ⁊ summittite. i. ꝯiũgite thauros cũ vaccis. Quid facerem. rñdet tityrꝰ O melibee q̃d fecissem si nõ venissez romã: q: manens ĩ mãtua semꝑ fuissem seruus: nec ĩuenissem deos vel dños tã propicios sicut hic nec amicos adiutores. Hic illũ vocat octauianũ augustũ iuuenem nõ puerum: quia senatus decreuerat vt nemo vocaret eum puerum ne minueretur laus imperii: quia ve terre cuiꝰ rex puer ẽ. dicit ergo hic. i. rome vidi quot ãnis. i. singulis ãnis augustũ qui ẽ mihi ille deꝰ de quo q̃rebat melibeꝰ ¶ Bissenos cui. i. isti deo ego sacrifico semel in mẽse: q: quolȝ mẽse faciebant festum augusti ¶ Hic mihi. i. iste fuit q̃ p̄mo dedit mihi libertatẽ in prima mea petitione dicẽs mihi et aliis pastoribꝰ meis pascite vt añ boues. i. viuite libere sicut añ solebatis. i. añ tꝑa bellorũ ⁊ ꝯiũgite thauros cũ vaccis ⁊ equos cũ iumẽtꝭ ad gñatõem: sicut dicit deus in geñ. i. Crescite et multiplicamini. ⁊cꝭ.

Fortunate senex ergo tua rura manebunt Me.
Et tibi magna satis: quãuis lapis omnia nudus
Limosoqȝ palus obducat pascua iunco
Non insueta graues tentabunt pabula fetas
Nec mala vicini pecoris contagia ledent.
Fortunate senex hic inter flumina nota
Et fonte sacros frigus captabis opacum
Hinc tibi que semper vicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti
Sepe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras
Nec tamen interea rauce tua cura palumbes

Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo

Cōstrue sic O tityre senex.i.antiq̄ fortunate.i.bonā fortunā habēs
ergo tua rura.i.tui agri manebūt ⁊ magna pascua supple manebūt
satis tibi.i.tityro q̄uis lapis.i.mōs nudꝰ.i.discoopťꝰ q₃ꝓ et palꝰ.i.
lacꝰ obducat oīa pascua.i.comestionē aīaliū:iunco.i. illa herba limo
so.i.paludosa ⁊ pabula.i.pascua insueta.i.nō ꝯsueta nō tētabūt fetas
graues.i.nō nutriēt capellas grauidas. Nec cōtagia mala.i.male ĩ=
fectiones vicini pecoris.i.gregis:ledēt.i.inficiēt fetas supple O for=
tunate senex captabis.i.freq̄ter capies hic.i. ĩ isto loco int̃ fluīa id ē
fluuios nota.i.caros ⁊ fōtes sacros.i.aq̄s dedicatas niphis frigꝰ o=
pacū.i.vmbrā delectabilē hinc.i.ex alia ꝑte sepes.i.clausura q̄ ē a li=
mite.i.terīno vicino.i. ꝓpiquo tibi sꝑ fiet supple depasta.i. comesta
florē salicti.i.salicis apibus.i.ab illis aīalibus hibleis.i.sic dictis: et
apes suadebit.i.ĩcitabit te inire.i.accipere somnū.i.q̄etē susurro le=
ui.i.murmure tenui ⁊ frōdator canet.i.cātabit sub rupe alta.i.de sco
pulo magno ad auras.i.ad ventos Nec palumbes.i.turtures rauce
cessabūt tua cura gemere:nec turtur.i.illa auis cessabit gemere.i.cā
tare ab vlmo.i.ab illa arbore ¶ Fortunate senex. Vocat tityrū.i.vir
giliū senē nō rōne etatꝭ:s₃ rōne fortune: q₂ hēbat bonā pinguē fortu=
nam sicut solēt habere senes vel sensati hoīes. dicit ergo O tityre tu
es felix q₂ agri tui manebūt et pascua lata circūdata mōtibꝰ saxosis
ex vna ꝑte et aqua paludosa ex alia et oues tue pregnātes:⁊ fete tue
nō habebūt pascua insolita ymo sicut ĩ mātua similia nec ledentur
ex cōtagio vicini pecoris Fortunate senex. hic iterū melibeꝰ narrat fe
licitatē tityri q̄tū ad seip̄m dicēs. o tityre pecora tua sūt fortunata:
vt diximꝰ tu es etiā felix inter ista flumīa iuncta ⁊ fōtes sacros q₂ in
fontibꝰ sūt nimphe sacre. hic enī in estate capies frigus opacū.i.vm=
brā delectabilē et habes ex vno latere sepē ⁊ salicē vbi apes pascūtur
ex quaꝝ susurro vel tenui murmure dormies: Et hic ē sinodoche se=
pes depasta florē salicti. Vbi notādū q̄ h̄ sepes est serpēs s₃ hec sepes
est dumus vel clausura Salictum autem est species salicis vel locus
in quo crescunt salices quod alio nomīe dicitur salicetū et dicitur sa
lix a saliendo quia cito de terra salit crescendo ¶ Hinc alta sub rupe
dicit ex alia parte audies cantare philomenam et palumbes et tur=
tures quarū cantus est vt gemitus: Et est frondator equiuocum q̄a
significat illum qui in estate facit manipulos ex frondibus arboru₃
ad nutriendum animalia in hyeme vel significat illum qui remouet
folia de vitibus vt vue maturefiant a sole: et etiam significat auicu
lam que cantat inter frondes et vix videtur quando cantat. ¶ Vl=
mus autem est arbor quam ytali supponūt vitibus suis. Palūbes
est auis dicta quasi parcēs lumbis q₂ nō coit nisi semel ĩ ānovel bis
Sed alii colūbi dicūtur quasi colētes lūbos q₂ quol₃ mense coeunt et

est palumbes agrestis iuxta illō. Tecta colūba subit sua rura palū-
bes hēbit. Sꝫ virgiliꝰ dicit palumbes est nomen grecū qd̄ latini mu
tant ius. ⁊ est auis cantās rauce sicut homo tussiens.

Ante leues ergo pascentur in ethere cerui Ty.
Et freta destituent nudos in littore pisces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararum parthus bibet: aut germania tigrim
Quam nostro illius labatur pectore vultus.

¶ Construe. Cerui. i. illa aīalia leues. i. veloces pascent̄. i. nutriētur
in ethere. i. aere ⁊ freta. i. maria destituēt. i. relinquēt pisces nudos. i. si
ne aqua ī littore. i. ī ripa maris. aut ego ero exul. i. electꝰ a p̄ria mea
et hoc dicto finibꝰ. i. regionibꝰ āborū scꝫ partorū ⁊ germanorū perer
ratis. i. circūdatis aut parthus. i. ille pplūs bibet ararim. i. illum flu
uiū aut germania. i. ille populꝰ bibet tigrim. i. illū fluuiū q̄. i. anteq̄
vultus. i. memoria illiꝰ. i. cesaris labat̄. i. recedat a nostro pectore. i. a
nostro corde ¶ Ante leues ergo. Respōdet tityrꝰ q̄ ꝯsideratis istis fe
licitatibꝰ ip̄e nūq̄ desinet amare illū deū nec posset facere ꝯ̄rium si-
cut īpossibile ē mutare rerū ordinē. s. ceruū volare: pisces ābulare: et
fluuiū orīētis trāsferri ī fluuiū occidētis cū sua totali regione.

At nos hinc alii sitientes ibimus affros Me.
Pars scithyā: et rapidum crete veniemus oaxem
Et penitus toto diuisos orbe britannos
En vnquā patrios longo post tempore fines
Pauperis et tiguri congestum cespite culmen
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas
Impius hec tam culta noualia miles habebit
Barbarus has segetes: en quo discordia ciues
Perduxit miseros: en quis conseuimus agros.
Insere nunc melibee piros: pone ordine vites.
Ite mee quondam felix pecus: ite capelle:
Non ego vos post hac viridi proiectus in antro
Dumosa de rupe procul pendere videbo
Carmina nulla canam: non me pascente capelle
Florentem cytisum: et salices carpetis amaras

¶ Construe.at.i.sed o tytire supple nos alii scz mãtuani hic.i.a regi
one nr̃a ibimꝰ affros sitiẽtes.i.ad affricã.s.libiã vbi est regio calidissi
ma et pars nr̃m supple ibit scithyã.i. ad illã regionẽ et veniemus.i.
ibimꝰ oaxẽ.i.ad illũ fluuiũ rapidũ.i.velociter fluentẽ crete.i.illiꝰ pa
trie:⁊ veniemꝰ britãnos.i.ad ãglicos diuisos.i.sepatos penitꝰ.i.oĩno
toto orbe.i.ab oĩ climate en vmq̃.i.nũq̃d aliq̃n veniemꝰ ad fines pa
trios.i.ad pr̃ia3 nrã3 lõgo tp̃e.i.p magnũ tp̃s pꝰ.i.postq̃ recesserimꝰ
et en vmq̃.i.nũq̃d alñ ego melibeus videbo culmẽ.i. stipulã tigurii
pauperis.i. domus pastoralis ꝯgestũ.i.ꝯpositũ cespite.i. gleba terre
et ego melibeꝰ vidẽs pꝰ aliq̃t aristas.i.post multa tp̃a regna.i.meas
possessioẽs mirabor.i.admirabor⁊ miles ĩpius.i.malus hẽbit.i.pos=
sidebit hec noualia.i.noua rura tã culta.i. tam bñ laborata ⁊ barba
rus miles.i.extraneꝰ hẽbit supple has segetes en quo.i. ad quã mi=
seriã discordia.i.lis pduxit miserit ciues miseros.i. mãtuanos exu=
les en quis.i.q̃bus ꝯseuimꝰ.i.plãtauimꝰ agros.i.arua o melibee in
sere.i.plãta nũc piros.i.illas arbores ordine.i.sᵐ ordinẽ ⁊ pone.i.di=
spone vites.i.vineas ordie.o mee capelle quondã.i.aliq̃n felix pecus.
dico supple ite.i.a me abite:et ego melibeus ꝓiectꝰ.i.iacẽs ĩ antro.i
in fouea nõ videbo vos capras posthac ꝓcul.i. a lõge de rupe dumo
sa.i.ex scopulo spinoso pẽdere.i.pascere.Et ego nulla carmĩa canã.i.
nõ cãtabo more rustico:et vos capelle nõ carpetis.i.nõ comedetis sci=
thysu3.i.illã herbã ⁊ nõ carpetis salices.i.illas arbores amaras ho=
minibꝰ supple ¶ Ad nos. Hic melibeꝰ postq̃ narrauit miserias fu=
turas p̃nosticat eas dicẽs o tityre tu es felix ĩ terra tua:nos autẽ mi
seri.i.exules extra solũ positi: et ẽ ibi ꝓlensis ibimꝰ vna ps ad oriẽtẽ
et septẽtrionẽ:alia ad affricã sitientẽ scz ad libiã vbi ẽ regio calidissia
⁊ q̃si inhitabilis:et ꝯtrariũ scithia ẽ patria frigidissima ĩ septẽtrioẽ
cuiꝰ frigiditatẽ poĩt virgiliꝰ ĩ q̃rto georgicorũ. Oaxes ẽ fluuiꝰ illius
regioĩs vel pr̃ie albus q: fluit p terrã crethosã:diuisos orbe britãnos
q: nõ sũt nisi septẽ climata:⁊ inter illa britãni nõ sũt inclusi ⁊ enume
rati.britones aũt vocat ãglicos q̃ venerũt de saxonia:⁊ expulerũt bri
tones de illa britãnia maiore q̃ ẽ magna insula inter septẽtrionẽ ⁊ oc
cidentẽ sepata a gallia ⁊ ab oĩ alia patria. ¶ En vmq̃ vna dictio est
en ĩterrogat vmq̃.i.alñ en nũq̃.i.nũq̃d aliq̃n veniemꝰ ⁊ p modũ dolẽtis
plãgit melibeꝰ dicẽs heu nũq̃ videbo ĩterũ pr̃ia3 meã ⁊ puũ tiguriũ
meũ ꝯpoĩtũ ex cespite ⁊ cooptũ culmis:⁊ dicit tiguri ꝓ tigurii sic priꝰ
dicit peculi ꝓ peculii.Cespes ẽ gleba tre herbosa ex q̃ rustici faciunt
muros domoꝝ suaꝝ eas supaddẽdo ĩ modũ lapidis.Culmꝰ ẽ calamꝰ
nouꝰ crescẽs ⁊ capr̃ ꝓ stipula q̃ crescit sicut calami crescũt ⁊ iñ dr̃ cul
mẽ tectũ vel festũ domꝰ ⁊ culmẽ h̃ capr̃ ꝓ domo sicut pars pro toto.
¶ Post aliquot ⁊c.i. nũq̃ erit michi licitũ pꝰ aliq̃s miserias videre
regna mea id est possessiones meas et agros meos quos regebam
Et per aristas intelligit etates ⁊ per etates annos per methalensim

¶ Impius hec. vocat augustũ militem et latenter increpat eũ: quia abstulit a mãtuanis agros suos sine misericordia vel quia victor gesSit bellum ciuile contra anthoniũ. Nouat noualia agros qui renouã tur noua segete quolibet anno ¶ Sed proprie noualia sunt silue no ue crescentes postq̃ abscisa sunt nem ra: plangit ergo melibeus se seminasse et plantasse pro aliis extraneis et barbaris. ¶ En quo discordia ciues. hic exclamat contra ciuitates discordes dicẽs q discordia est causa totius miserie quia omne regnuȝ in se diuisum desolabitur ¶ Insere nunc melibee. hic facit apostrophã loquendo ad seipm yronice et per modũ displicentie hortans seipm ad plantãdum arbores et ad seminandũ segetes: quasi diceret q frustra laboraret ¶ Ite mee. hic dolenter recedit a suis possessionibus dicens ad capras suas ite sub aliud dominiũ quia ego ero sepultus in quadam fouea et nũq̃ videbo vos pascendo pendentes arbores et dumos: nec cãtabo carmina sicut solent pastores ¶ Et ẽ scitysus virgultum crescens in sithya ciuitate et dicunt quedaȝ glose q est hedera arborea: aliqui etiam dicunt q est caprifolium et vocat salices amaras nõ capris quia eas libenter comedunt: sȝ hominibus sunt amare.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi sunt nobis mitia poma
Castanee molles et pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant
Maioresq́ȝ cadunt altis de montibus vmbre

O melibee poteris requiescere. i. manere mecũ hac nocte h. i. in isto loco fronde sup viridi. i. sup herbam viridem poma. i. illi fructus sũt nobis mitia. i. dulcia et castanee sunt molles. i. mature et copia. i. abũdantia lactis pressi. i. casei est nobis suple. et culmĩa sũma. i. alti camini villarũ. i. opidorũ fumãt. i. fumũ emittũt procul. i. a longe et vmbre maiores cadũt. i. duplicant̃ de altis montibus. i. magnis montibus: ¶ Hic tamẽ tytirus consolat̃ melibeũ qr iã aduesperascit ipm inuitãs ad cenam sup herbã viridẽ et ad fercula rustica scȝ ad caseuȝ castaneas et poma ¶ Et iam summa. Hic virgilius p signũ noctis vult ostẽdere finem istius egloge adesse sicut dies finitur adueniente vespera et palumbi recedũt in vespere ad siluas et relinquũt agros qui sunt iuxta mare tirenum et camini fumãt vel culmina domorum quia ꝑparatur cena et nox que est magna vmbra videtur cadere de montibus altis qui obiciuntur soli Cetera videantur supra textum.

Finis prime egloge.

Incipit secunda.

Formosum pastor coridon ardebat alexim
Delicias domini nec quid speraret habebat.
Tantum inter densas vmbrosa cacumina fagos
Assidue veniebat ibi hec incondita solus
Montibus et siluis studio iactabat inani
O crudelis alexi nihil mea carmina curas
Nil nostri miserere mori me deniq̃ cogis
Nunc etiam pecudes vmbras et frigora captant
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos
Testilis et rapido fessis messoribus estu
Allia serpillumq̃ herbas contondit olentes
At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis
Nonne fuit satius tristes amarillidis iras
Atq̃ superba pati fastidia. nonne menalcam
Quãuis ille niger quãuis tu candidus esses
O formose puer nimium ne crede colori
Alba ligustra cadunt: vaccinia nigra leguntur.

¶ Cõstrue. coridon pastor ardebat. i. ardẽter diligebat alexi. i. illũ puerum formosum. i. pulchrum existentem supple delicias domini. et coridon nõ habebat illud quod speraret. i. desideraret: siue ne quid speraret habebat. i. nec spem potiendi habebat et coridon veniebat assidu[e]. i. sepius tantum. i. tantũmodo inter fagos. i. illas arbores dẽsas i. spissas et inter cacumina vmbrosa. i. inter summitates montis vmbram habentes. ⁊ ipse solus ibi. i. in illo loco iactabat. i. fundebat in cassum hec verba sequentia sc3 o crudelis ⁊c. incondita. i. subito dicta in montibus ⁊ siluis. inani studio. i. vano labore. o alexi o puer crudelis. i. sine misericordia nichil. i. non curas mea carmĩa. i. meas cantilenas et nil. i. non miserere. i. misereris nostri. i. mei coridonis et tu cogis me coridonem mori. i. perire obire. ⁊ pecudes. i. aĩalia captãt. i. capiunt vmbras. i. frigerationes et frigora. i. loca aprica et spineta. i. spine vel locus in quo crescunt spine occultant. i. tegunt lacertos. i. illa aĩalia et testilis. i. vxor coridonis vel alia puella ꝯtondit. i. prepa

rat allia.i.illa legumina et serpillum.i.illam herbam et herbas olentes .i.odoriferas messoribus.i.operariis fessis.i.fatigatis estu.i.calore rapido.i.vehementi .et arbusta resonant sub sole ardenti.i.calido mecū.i. cū me corydone.cum cicadis.i. illis aīalibus raucis.i. rauce cantātibus.dū lustro.i.circūdo tua vestigia.i.tuos passus.¶ Nōne id est nūquid fuit satius.i.melius me pati iras.i.rancorem tristes.i.non fictas:et pati inq̄ fastidia supba.i.verba superbie plena amarillidis.i.illius mulieris.⁊ nōne fuit satius me corydonē supple amasse menalcā.i.illum pastorē. Quāuis ille scʒ menalca esset niger:q̄uis tu alexis esses cādidus.i.formosus¶ O puer formose.i.pulchre.ne.i.nō crede.i. confidas nimiū.i.multū colori.i. pulchritudini. Nam ligustra.i.illi flores alba.i.pulchra cadūt.i.labuntur ⁊ vaccinia.i. ille viole nigra.i.purpurei coloris legūtur.i.colligūtur.¶ Formosū pastor. ¶ Secunda egloga seq̄tur que sic intitulaẗ alexis: q: loq̄tur de vehemēti amore quē habebat virgilius ad alexim. In qua egloga introduciẗ poeta recitās mutuū amorē iter duos pastores scʒ corydonem ⁊ alexim in domo pollionis dicens quidā homo scʒ corydon pastor ardebat.i.impatiēter amabat alexim. Et notandū est q̄ corydō est virgilius: ⁊ est nomē fictū a noīe cuiusdā auis dulciter cantātis q̄ dicitur coridalis galice chardōnereau.que iterpretaẗ dulce canēs:q: virgilius hic incitat dulciter cesarē ad amorē suū. Cesar autē in persona alexis introduciẗ:et interpretaẗ alexis sine respōsione: q: nichil in ista egloga respōdet.vel interp̄tatur supbus nō dignās respōdere precibus.et dẗ ab a. q̄ est sine:et lexis ratio vel rn̄sio.¶ Et quid per alexim intelligaẗ est diuersus mod⁹ dicendi q: ista egloga in aliquibus locis videẗ sonare vnū et alibi aliud. Dicūt enī aliqui q̄ virgilius amauit tres.scʒ vnū puerū noīe alexandrū quē post multas preces dedit ei pollio dn̄s suus spālis quē puerū cū tanta difficultate obtinuit q̄ prima facie desperabat ip̄m sibi dari.amauit etiā lertā puellam et cebetē puerū quos dedit sibi mecenas ad cui⁹ requestā fecit georgica.Et dicūt quidā q̄ fecit istā eglogā de amore quo amabat illuʒ cesar augustus qui cū maxīa difficultate sibi restituit agros suos dicit ergo p̄io virgilius in p̄sona alterius poete q̄ corydon q̄dam pastor. ardebat alexim.i.ardēter diligebat.⁊ capitur ardēter methaphorice et sic dixit doctrinale xp̄i bonus ardet amorē.et ardebat alexim id est illū puerū qui erat delicie domini sui scʒ pollionis.Et ista v̄ba vidētur magis sonare de alexādro:s; loquēdo de cesare ardebat alexim.i.cesarē qui erat delicie domini.i.dn̄s delectabilis mutādo constructōnē trāsitiuā in intrāsitiuā quia dicit doctrinale illud qd̄ regiẗ et rector idē tibi signāt.¶ Nec quid speraret hēbat.i.nūq̄ sperabat ip̄m puerū sibi dari:vel de cesare nūq̄ spabat hēre agros suos quos tamen postea per importunitatē et frequentiam precandi obtinuit.



¶ Tantum inter densas. loquitur more hominis desperantis qui tristis vadit ad loca solitaria ad deflendum. dicit ergo ꝙ corydon non sperans &c. faciebat carmina sua tristia in montibus et siluis. ¶ Inani studio. quia loq̄batur absenti et nichil respondenti ¶ O crudelis alexi. loqtur virgilius ad alexādrum vel ad augustum vocans eum crudelem et inexorabilem et impiū sine mīa quia non exaudit preces imo cogit eū pre dolore ¶ Nunc etiā pecudes. hic ostendit alexim debere misereri sui. qr non cessauit tota die orare eum cum magno sudore et sub estu diei qđ ostendit per signa que sequuntur. quia pecudes querunt vmbrā ⁊ lacerti virides querūt spineta. Nunc etiam testilis. i. exor corydonis vel alia puella portat prandium messoribus sub estu diei. et vtitur nomine rustico mulieris quia aliter rustici vocant mulieres suas testam vel cortices quia sunt sicce et scalide. et est mirabile de illo prandio quod in tempore calidissimo fit ex herbis calidissimis sicut ex allio et serpillo. Et cōsonat dicto rusticorum qui dicunt ꝙ allia refrigerant. et consonat plinio in historia qui dicit ꝙ omnis medicina operatur per simile vel contrarium hoc est per se vel per accidens. calor enim per se calefacit. et ꝑ accidens frigefacit. allia enim in viris maximis aperiunt meatus corporis et resoluunt a corpore calorem vnde derelinquūt corpus frigidiꝰ sicut ruta facit viros castos et feminas luxuriari. ¶ At mecum raucis Cicada est vermis garrulus et querit vmbraʒ sub estu diei ¶ Nōne fuit satius. i. nunquid fuisset michi melius amasse menalcam pastorem licet ille sit niger. vel nonne fuisset michi melius amasse quandam rusticaʒ mulierē licet iracundā et superbam ꝙ̄ pati ꝓ te tot labores. Per amarillidam intelligit leriam et per menalcam cebetem puerum quos sibi dedit mecenas qui licet non fuissent tam pulchri sicut alexander tamen debuissent sufficere virgilio: vel intelligit ꝙ fuisset melius sequi anthonium ꝙ̄ augustum ¶ O formose puer. Hic appropriat ꝙ res nigre aliquādo plus prosunt ꝙ̄ albe ꝙ̄uis dicat virgilius in georgicis ꝙ aries albus est melior. non tamen est regula generalis quia ligustra que sunt flores albi cadunt et dimittuntur quasi vilia et tamen viole purpuree tendentes ad nigredinē colliguntur tanꝙ̄ preciose. hoc seruius. alii dicunt ꝙ vacciniū est flos herbe que dicitur vaide galice. et secundū alios ligustrū est flos sambuci. et vacciniū est quoddā granū nigrū qđ ad tīgēdum est aptum. sic dicitur vulgariter ꝙ piper est melior ꝙ̄ creta

Despectus tibi sum: nec quis sim queris alexi
Quam diues pecoris niuei: ꝙ̄ lactis abundans
Mille mee siculis errant in montibus agne
Lac michi non estate nouum: non frigore desit
Canto que solitus: si quando armenta vocabat
Amphion dirceus in acteo aracynto.

Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi
Cuꝫ placidum ventis staret mare: non ego daphniꝫ
Iudice te metuam si nunquā fallat ymago

¶ O alexi ego sum tibi despectus.i.nō placeo tibi nec queris qs.id est
qualis ego sum ꝙ diues.i.ꝙ tum opulentus pecoris niuei.i.gregis can=
didi:ꝙ abundans.i.copiosus lactis.i.liquoris:mille agne.i.oues mee.i
ꝓprie errant.i.pascuntur in montibus siculis.i.atheniēsibus: lac nō ē
michi.i.corydoni nouū in estate.i.tempore calido nec lac desit in frigore
sꝫ omī tempore ego habeo.canto.i.cano que amphion.i.inuentor artis
musices dirceus.i.rex thebanorum solitus ē cantare in aracinto.i.ī illo
monte acteo.i.atheniensi siquando.i.aliquādo vocabat armenta.i.gre
ges suo cātu dulci.nec sum adeo.i.intantum informis.i.turpis q: vidi
me corydonē in littore.i.in ripa maris.cum mare staret.i.esset placiduꝫ
i.clarum vel quietum ventis et non metuam daphniū.i.illum puerum.
et hoc dicto te alexi existente iudice si ymago.i.facies nūꝙ me corydonē
fallat.i.decipiat ¶ Despectus tibi sum. Hic coridon allicit alexim ad su
um amorem ꝑ illa tria quibus vtuntur amatores :scꝫ ꝑ diuitias.ꝑ pul=
chritudineꝫ corporis et per cantum ¶ Quā diues.iactat se habere oues
niueas.i.albas que oues sunt meliores vt habetur in georgicis et me=
lius est habere femellas multas que pariunt et habent lac ꝙ arietes.
¶ Lac michi. Iactat se habere lac nouū per totum annū quia oues bis
pariunt in ytalia sicut habetur in georgicis. Bis grauide pecudes.etc.
et est laudabilius habere lac in vtroqꝫ tpē ꝙ habere caseum q̄ ꝑ potest ser
uari ꝑ annū ¶ Canto que. Hic se iactat ex cantilena dicens ꝙ ipē ita be
ne cantat sicut amphion dirceus qui fuit rex thebanorum inuentor ar=
tis musices qui tam dulciter cantabat ꝙ faciebat montes salire et tri=
pudiare ¶ Aracyntus est mons thebanus quem vocant atheuꝫ.i.athe=
niensem.et loq̄tur tanꝙ ignorans loca nobilia more rusticorum. sicut si
aliquis diceret montem atheum esse dimonēsem vel parisium q̄ tamen
est mons rothomagensis. ¶ Nec sum adeo informis. Hic iactat se de
pulchritudine corporis.quia resperit se in littore qn̄ mare erat placiduꝫ
quia qn̄ mare est turbidū non bene repn̄tat ymaginem et vidit se valde
pulchrum si ymago sua non fallat:q: ymago sepe fallit repn̄tando si=
cut pꝫ de speculo cōcauo in q̄ nō repn̄tat faciēs sicut est:nec in aq̄ vbi ap
paret ꝙ baculus integer sit fractus: Sꝫ cā q̄re resperit se in littore ē.q:
pastores non habēt speculū in cāpis nisi fōtē vel aquā placidam ¶ Non
ego daphnium. Dicit se esse ita pulchrū sicut fuit daphnꝰ primus pastor
filius mercurii ex vna nimpha ꝑ quem intelligit virgilius cornificium
ꝑ yroniam metrificatorem ineptum et virgilio semper emulum.

O tātum libeat mecum tibi sordida rura
Atqꝫ humiles habitare casas: et figere ceruos:
Hedorumqꝫ gregem viridi compellere hibisco

Mecum vna in siluis imitabere pana canendo:
Pan primus calamo ceras coniungere plures
Instituit: pan curat oues: ouiumq; magistros
Nec te peniteat calamo triuisse labellum
Hec eadem vt sciret quod non faciebat amyntas.
Est michi disparibus septem compacta cicutis
Fistula: dametas dono michi quā dedit olim
Et dixit moriens te nunc habet ista secundum
Dixit dametas: inuidit stultus amyntas
Preterea duo nec tuta michi valle reperti
Capreoli: sparsis etiā nunc pellibus albo
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo
Iāpridem a me illos abducere testylis orat
Et faciet. quoniam sordent tibi munera nostra

¶ Construe. O alexi libeat tibi. i. placeat tantū. i. tantūmōdo habitare. i. freq̄ntare: rura sordida. i. que tu credis eē sordida ⁊ casas humiles. i. puas domos pastorales et libeat tibi figere ceruos. i. venari illa aīalia ⁊ libeat tibi cōpellere. i. ducere mecum gregem. i. pecus hedorum. i. hircorum. hibisco viridi. i. ad virgultum viride et imitabere. i. imitaberis mecū. i. cum me corydone vna. i. simul pana. i. deū pastorum in siluis. i. nemoribus canendo. i. cantādo: pan. i. ille deus instituit. i. docuit primus cōiūgere i. simul iungere plures calamos. i. fistulas. et pan curat oues. i. est sollicitus ouiū et curat mag̃ros ouium. nec peniteat. i. nō pigeat te alexim triuisse labellum. i. labia tua calamo. i. fistula et amyntas optabat supple vt sciret hec eadem que volo te docere qđ non faciebat. i. nō sciebat. et fistula est michi corydoni cōpacta cōfecta coniūcta septē cicutis disparibus i. septē spaciis diuersis: quā. i. fistulam dametas dedit michi dono. i. in donū. et dametas dixit moriens ista fistula habet te corydonem nunc secundum. i. magistrum secundum: et dicit dametas hec verba et amitas quidā pastor stultus inuidit. preterea duo caprioli reperti michi. i. a me. nō tuta valle. i. in incognita valle: et hoc pellibus sparsis. i. tinctis albo siccant. i. desiccant lactendo vbera ouis. i. matris quos. i. capriolos seruo. id est custodio tibi et testilis. id est illa mulier orat. id est rogat iampridem. id est a longo tempore abducere. id est remouere illos a me. et ipsa faciet. id est habebit quoniam nostra munera sordent. id est videntur sordida tibi ¶ O tantum libeat. Hic virgilius significat vitā pastoralē vt alexis non spnat eum dicens vtinā placeret tibi hitare mecū ista rura que putas esse sordida et habitare paruas domos et parua tiguria

pastoralia et figere seruos.i.delectari mecū et ducere hedos ad hibiscū. Et est hibiscus genus virgulti mollis ⁊ flexibilis. dicitur hibisco.i. ad hibiscum ponēdo datiuū pro accusatiuo sicut in eneyde et clarior celo .i. ad celum ❡Mecū vna.hic virgilius inuitat illum puerū ad delectatio nem carmis cum dicit cantabis mecū in siluis sicut deus totius nature qui dicitur pan. quod nomē in greco significat oīe vel totū et inde dici tur panis Et fuit pan deus rusticus qui pingebat̄ ad similitudīez toti⁹ nature: habebat cornua sicut luna vel ad modū radiorū solis et faciē ru beam sicut ignis vel ether qd̄ idem est vt dicit̄ i georgicis. Ether enim est spera ignis vel aer superior. Et in pectore habebat stellā ad represen tandū ymaginē stellarū: et eius pars inferior erat hispida et pilosa ad significandū radices arboris que sunt in terra sicut capilli in capite Et habebat pedes curuos ad significandū circuluz anni. Natura eni oīa ista habet in se ideo deus nature sic pingebatur Iste aūt amauit yringā nimphā sed ipsa ꝓpter sui turpitudinē noluit ip̄m diligere: et fugiēs a facie eius implorauit terre auxiliū et mutata est in calamū quā pan per forauit ⁊ fecit fistulam ad suū solatiū. et inde dicitur ꝙ pan fuit primus fistulator et ab illo fistula habet dignitatē. ideo corydon inuitat alexim ad cantandū carmīa diuina. Iste pan habuit luctam contra amorē sed amor obtinuit quia oīa vincit amor vt dicit̄ in eneyde Iste coniūxit mul tas fistulas cū cera insimul et inde cantata est optima melodia. Per ca lamū intelligit̄ armonia sperarū septem planetarū vel septem artes li berales quas deus instituit vt dictum est. Antiqui depingebāt eū habe re pedes caprinos ventrē pilosum indutum pectus pelle caprina varia vultū rubicundū: hn̄tez duo cornua scʒ solem et lunā: tenentem in vna manu fistulaz et in alia baculū pastoralē reflexū que reflexio' denotabat annū. et fuit filius exoris vlixis. Plutarch⁹ hystoriographus grecus q̄ fuit post xp̄m narrat ꝙ audiuit ab auo suo ꝙ dū veniebant ad ytaliam nauigādo venerūt iuxta cyprum insulā de directo respicientē ytaliā et anchorauerūt nauem et nauta principalis nō noīabat se suo nomie ⁊ au dierunt vnā vocē proprio noīe ter ip̄m vocantē et dixit ꝙ pan erat mor tuus et ꝙ nūciaret illis quos videret in portu maris ytalie et ytali fece runt magnū planctum. ❡Hec eadē vt sciret. i. amyntas fecisset omnia que voluissē prosciēdo ista carmīa que te volo gratis docere. vnde amyn tas intelligit̄ cornifici⁹ qui fuit inuidus contra virgiliū et scripsit ꝯtra eum sed auctoritate romanorū fuit expulsus. ❡Est mihi disparibus. Hic corydon dicit se habere vnā fistulam de septē calamis.i. septē arti bus liberalibus quā dedit sibi dametas.i. theocritus magister suus ex quo cornificius fuit inuidus. ❡Preterea duo. Hic inuitat eū ꝑ donū duorū capreolorū siluestriū habētium adhuc pelles dispersas varijs co loribus quia iuuenes sūt: et isti capreoli lactent matres. talia autē ani malia multū placent pueris quia natura gaudet diuersis et per illos ca priolos intelligit duas eglogas in quibus sūt varie sentencie velate sub verbis obscuris. ❡Iāpridē a me. Hic accelerat illū iuuenē q̄a testylis

iam petiuit illos et habebit illos niſi ipſe feſtinet et veniat ſtatim

Huc ades o formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nimphe calatis: tibi candida nais
Pallentes violas et ſumma papauera carpens
Narciſum et florem iungit bene olentis anethi
Tum caſia atqꝫ aliis intexens ſuauibus herbis
Mollia luteola pingit vaccinia caltha
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala
Caſtaneaſqꝫ nuces: quas amarillis amabat
Addã cerea pruna: et honos erit huic quoqꝫ pomo
Et vos o lauri carpam: et te proxima myrte
Sic poſite: quoniã ſuaues miſcetis odores

¶ O puer formoſe huc ades. i. mecum maneas ecce nimphe. i. dee fe-
runt colligunt portant lilia. i. illos flores plenis calatis et nais. i. illa ni-
pha candida. i. pulchra carpens ſumma papauera. i. illos fructus: fert
inꝙ violas. i. flores pallentes. i. albos tibi alexi: et ipſa nais iungit. i. cõ-
ponit tibi narciſum. i. illum florem et fertinꝙ florem anethi. i. illius vio
le bene olentis. i. bonum odorem dantis: tum etiam nais intexens. i. com
miſcens cum caſia. i. herba ſuauiſſimi odoris. atqꝫ intexens aliis her-
bis. i. floribus ſuauibus. i. delectabilibus pingit. i. ꝯponit vaccinia mol
lia de caltha luteola. i. cum illa herba. et ego legam. i. colligam mala. i.
poma cana. i. alba tenera lanugĩe: et legam caſtaneas molles quas ſcilꝫ
caſtaneas mea amarillis. i. amica. amabat et addaꝫ pruna cerea. i. illos
fructus cerei coloris: et honos. i. laus erit huic pomo: o lauri. i. o vos ar-
bores carpam vos. et o myrte proxĩa carpã te. i. accipiã vel colligã. et vos
arbores eritis ſic poſite. i. ordinate qm̃ miſcetis. i. dabitis odores ſuaues
i. delectabiles ¶ Huc ades. Hic adulatur ei laudando ſuam pulchritu-
dinem. dicens ꝙ in campis ſunt fontes et nimphe que colligunt ſibi vio-
las et alias herbas odoriferas ¶ Ipſe ego. Inuitat eum p donum po-
morum et caſtanearũ quia pueri diligunt talia: et vocat poma cana co-
ctana que ante maturitatem hñt caniciem: vel intelligit poma pſica. i.
peſcas que ſunt piloſe. ⁊ eſt lanugo prima barba tenuis ſicut lana ¶ Et
vos o lauri carpam. Adiungit ad precedentia lauros et mirthos. et eſt
myrthus femĩ generis quia os grecum ſepe mutamus ĩ vs mulicbre.
vel computatur ſub noĩe arboris

Ruſticus es corydon nec munera curat alexis
Nec ſi muneribus certes concedit yolas
Heu heu quid volui miſero michi floribus auſtruꝫ

Perditus: et liquidis immisi fontibus apros
Quem fugis ah demens: habitarunt dii quoqz sil/
uas
Dardanusqz paris: pallas quas condidit arces
Ipsa colat: nobis placeāt ante omnia silue
Torua leena lupum sequitur: lupus ipse capellā
Florentem cythisum sequitur lasciua capella
Te corydon o alexi. trahit sua quemqz voluptas
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci
Et sol crescentes decedens duplicat vmbras
Me tamen vrit amor: quis enim modus adsit
amori.
Ah corydon corydon que te demencia cepit
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est
Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget
vsus
Viminibus molli que paras detexere iunco
Inuenies alium si te hic fastidit alexis

¶ Construe sic O corydon tu es rusticus. i. ignauus: nā alexis nō curat munera. i. dona tua et si certes. i. disceptes muneribus prohēndo puerū yolas. i. dn̄s suus nō cōcedit. i. nō ꝑmittit. heu heu quid volui. i. optaui michi corydoni misero: ego ꝑditus destructus decept⁹: īmisi. i. posui austrū. i. illum ventum floribus: et īmisi. i. posui apros. i. porcos siluestres fontibus liquidis. i. serenis: ah o alexi demens. i. stulte quem scʒ amatorem fugis: dii habitarunt. i. habitauerūt siluas. i. nemora et paris dardanus. i. dux troianorum habitauit siluas. et pallas colat. i. hitet arces i. turres quas ip̄a condidit. i. composuit ergo silue. i. nemora placeāt āte omīa. i. bona mūdana nobis. i. pastoribus lena. i. dracena torua. i. torue ambulans seqtur lupum. i. illud aīal et ipse lupus seqtur capellā ad deuorādū. et capella lasciua seqtur cythisū. i. illū florē florētē. i. virentē. et o alexi corydō seqtur te et sua voluptas. i. amor trahit. i. attrahit quēqz. i. vnūquēqz. o alexi aspice iuuēci. i. parui boues referūt. i. portāt aratra suspensa. i. supposita iugo. i. collo suo. et sol decedēs. i. versus occidentē tēdēs duplicat. i. condensat vmbras: tamē amor scʒ alexis pueri vrit. i. cōburit me quis modus adsit. i. cōueniat amori: ah o corydon corydon q̄ demētia. i. stultitia cepit. i. detinuit te vitis. i. amor semiputata est tibi. i

tu es deceptus ab amore et vitis.i.amor est adhuc in vlmo frondosa.i.i teipso.quin.i.quinimo paras.i.preparas detexere.i.finire cōponere ali quid.i.aliqđ bonum iunco molli.i.ex illa herba flexibili et viminibus.i. iuncis quorū vsus.i.natura hominum indiget potius.i.melius:o cory don tu īuenies alium amicum si hic alexis fastidit.i.tedio afficiat te ¶Rusticus es corydon.Hic poeta loquitur ad corydonem dicēs ꝙ ale xis vel cesar nō curat carmina sua quia rusticus est et rustici nō habent preciū īter magnates.¶Nec si muneribus.i.si tu velis dare munera ꝓ habendo illum pueruȝ pollio dn̄s suus non dabit tibi illum.nec cesar ꝓ muneribus tuis dabit tibi agros mantuanos¶Heu heu Hic corydon increpat seipm̄ ꝑ quandā similitudinem pastoraleȝ: quia sicut ille q̄ im mittit porcos in fontē liquidū turbat aquā et qui dat florib⁹ austrū ven tum pluuiosum destruit flores.ita corydon turbauit seipȝ petendo fru= stra qđ non potuit obtinere¶Quem fugis.loquitur iterum ad alexi. et est ah interiectio dolentis.i.quare dedignaris vitā pastoralem quia dardanus paris qui fuit filius priami regis troiani fuit pastor in siluis Unde regio troiana dicitur dardana a dardano rege qui ibi regnauit ¶Pallas.hic loq̄tur īdignanter.i.pallas habitet in turrib⁹ vel ciuita tibus quas ipsa condidit:rura autem magis placent pastoribus.Poe te eni fingunt mineruā siue palladē fuisse natam ex capite iouis ꝑ ar= tem magicam et quia in capite est ingenium ideo dicitur dea sapiētie et artium et inuenisse omēs artes et domificandi: colendi terras.etc̄ ¶Torua lena.Hic corydon excusat seipm̄ q̄uis frustra petierit alexi quia omis res sequitur suum appetitū vel illud in quo delectatur sicut patet ꝑ exempla quia lena sequitur lupum ad deuorandum ⁊ lupus ca pram et capra sequitur frondes sibi delectabiles.ita corydon sequitur alexim qui sibi placet¶Aspice aratra.Hic vult ponere finem sue eglo= ge sicut fecit ibi iam mare thyrenum.et cetera.et computat more rusti= corum qui cōputant horas diei per ligaturam boum et quando dissol= uunt boues tunc est finis diei¶Me tamen vrit amor.id est q̄uis om= nia capiant finem:amor tamen meus semper durat¶Quis enim mo dus.Quia omnia vincit amor vt dictum est prius:nam erit ille michi semper deus:vnde dicit quidam.Nescio quid sit amor nec amoris sen= tio modum.sed scio si quis amat nescit habere modum¶Ah corydon. Loquitur poeta ad corydonem.dicens ꝙ melius fuisset ei cogitare de propriis negotiis suis q̄ amare alexim quia non licet rusticos quoscun qȝ querere ea que sunt supra se. ¶Semiputata tibi.id est stultus es qui vis amare et tamen vitis tua semiputata est.et est in vlmo frondo= sa.frōdes enim nocent vitibus vt habetur in georgicis. Et per hoc in= telligit ꝙ vtilius est complere eneydem quam inceperat q̄ orare pro a= gris mantuanoruȝ restituendis: quia melius sic recuperaret gratiam īperatoris.Uel alr̄ pōt ītelligi q̄si diceret poeta.o chorydō tu es bn̄ furi= osus ⁊ credo ꝙ bibistis de vino sēiputate vit̄.q̄cūqȝ eī sacrificabat de tali

vino maledicebatur de furia: vel potest aliquãdo intelligi. i. sicut vitis deserta que non est perfecta sed solum semiputata fert tarde fructũ maturũ: ita tarde vel nũꝙ hẽbis gratiã cesaris vel alexis ¶ Inuenies alium. Hic dat sibi remedium qꝛ fortuna non est stabilis: et ideo si iste cesar contẽnat te forsitan post se veniet alius qui te diliget: dicetur enĩ post ꝙ sors oĩa versat. cetera videantur supra textum.

Me.

Dic michi dameta cuium pecus: an melibei

¶ Construe sic. O dameta. i. pastor dic michi. i. menalce cuiuz pecus. i. cuius est pecus an. i. nunquid est melibei. i. illius pastoris. ¶ Tertia egloga que dicitur palemõ. et est obiurgatio pastoris quia sunt duo pastores altercantes adiuicẽ cum iurgiis. Unde pastor est menalcas cornificius inuidẽs contra virgiliũ qui extraneus incipiebat esse dilectus cesari: et timebat cornificius illud qd sibi contingit scꝫ postponi virgilio. ¶ Scd's pastor est dametas. i. virgilius qui respondet menalce se defendens viriliter: et isti duo loquũtur inuicẽ vsqꝫ ad medium egloge vbi introducitur alius pastor qui audit ista iurgia qui vocatur palemon ibi. Dicite quãdoquidẽ. et sic in ista egloga sunt tres principales persone. denominãtur tamẽ a digniori scꝫ a palemone iudice. Cornificius autẽ improperabat virgilio multa conuicia scꝫ ꝙ possessiones q̃s tenebat non erãt sue sed exul extraneus erat ⁊ mercenarius et ꝙ nichil habebat. dicebat enĩ ꝙ metra que virgilius scribebat non erant sua sed erat soluꝫ aggregator. Incipit ergo menalcas a iurgiis interrogãs dametam. Dic michi dameta cuiũ pecus. quasi dicat bene scio ꝙ non est tuum sed nũquid est melibei pastoris. i. cuius sunt possessiones quas tenes nunquid sunt cesaris vel cuius sunt metra que scribis nũquid sunt homeri vel theocriti. Unde virgilius qñ improperabatur ei se intermiscere dictis suis aliq̃s versus homeri: respondebat ꝙ fortis est qui eripit clauam ab hercule. Est hic notandũ ꝙ antiqui dicebant cuius. ia. iũ. sicut dꝛ meus. a. um. sicut patet hic.

Dameta

Non verum egonis: nuper michi tradidit egon

¶ Construe. pecus nõ est melibei: sꝫ est egonis egõ. i. ille pastor tradidit michi damete nuper. i. nõ a longo tpe ¶ Non verum. Hic rñdꝫt dametas. i. virgilius negatiue ꝙ oues non sunt melibei sed sunt egonis. quia egõ pastor dedit sibi nuper eas. i. sciam buccolicorum huit a theocrito

Me.

Infelix o semper ouis pecus: ipse neeram
Dum fouet: ac ne me sibi preferat illa veretur
Hic alienus ouis custos bis mulget in hora
Et succus pecori et lac subducitur agnis

Cõstrue. O ouis exñs semp pec⁹. i. aial ĩfelix. i. ĩfortunatũ dũ ipe dametas fouet. i. ãplectit neeram. i. illã amasiã veretur. i. timet ne illa neera preferat me sibi. i. ne plus me diligat. Hic custos. i. dametas alien⁹ ouis ouiũ mulget. i. sugit oues bis ĩ hora. i. ĩ die: et succ⁹. i. liqꝛ subducit peco-

ri et lac subducitur agn'⁹ ¶ Infelix. Dicit menalcas q̄ inter alia pecora oues sunt aialia infelicia q̄r coiter habent miseros pastores vbi vult diffamare dametā. i. virgiliū ex inuidia dicēs. Ipe neeram. et dedignat ipam noiare noie ,ppzio sicut. ipa petenda michi. i. ipse dametas blādit neere pellici coi pastoribus: et timet ne ipa p̄ponat sibi dametam et sic ē inuidus ¶ Hic alienus ouis. i. in isto loco iste pastor bis in hora mulgz oues et sic est valde auarus et fugit totā sbām ouiū et agnorū tanq̄ mercenarius et nō verus pastor. quasi dicat cornificius q̄ virgilius non erit predilect⁹ a cesare q̄r nō est nisi tyrān⁹ et crudelis exactor populi Da.

Parcius ista viris tamen obiiciēda memento
Nouimus: et qui te transuersa tuentibus hyrcis
Et quo sed faciles nimphe risere sacello

¶ O menalca memēto ista scz verba esse obiicienda. i. dicēda parci⁹. i. cōstātius viris scz prudentibus: nā nouim⁹ te supple et nouim⁹ qui te corruperit supple et nouimus quo. i. in quo loco sacello. i. sacro. et hoc dicto hircis tuentibus transuersa sed nymphe faciles ad mīam risere. i. derisere te ¶ Parcius ista viris. Respondet virgilius dicens. tu nō debuisses obiicere talia friuola viro constanti qui nō timet talia verba iutilia et specialiter tu quē bene cognosco esse infamē quia qui videt te videt vnum hyrcum et ecōtra. viso cū vno hirco qui respicit transuersabilit et tu videris. i. tu es valde imūdus luxuriosus sicut hircus qui tempore libidinis respicit oblique. et capitur ibi trāsuersa aduerbialiter. i. nomē pro aduerbio ¶ Et quo. i. nōne bene scio q̄ tu cōmisisti stuprū in loco sacro. i. in tēplo nympharum qđ est sacrilegiū et meruisti lapidari si nymphe non fuissent tibi misericordes. faciles. i. benigne et exorabiles ꝛ graciose derisus tū es deabus tanq̄ turpis. Me.

Tum credo cum me arbustum videre miconis
Atqz mala vites incidere falce nouellas

¶ O dameta credo q̄ nimphe derisere quando videre. i. viderunt me. i. menalcam. incidere. i. amputare arbustum. i. arbores in tali loco existētes miconis. i. illius pastoris. et etiam quādo viderunt me incidere vites nouellas. i. teneras mala falce. i. malo īstrumēto ¶ Tum credo. Respondet menalcas rustice et naturaliter: rustici enim quādo obiiciuntur eis opprobria non purgant se a primis obiectis sed addunt alia vt forte ostendant non esse vicia magna q̄ dicant non feci quod dicis imo etiam hoc et hoc. sz ista nō sunt magna vicia. Naturaliter eñ hoīes irati hoc faciunt. audentes enī nedum fecisse mala īmo et illa fateri sine vereciidia. dicit ergo menalcas bene credo q̄ nimphe risere quādo viderūt me ,ppter stuprum. et hoc fuit verū etiā quando cōmisi vnū aliud crimen: scz quādo abscidi nouellas vites qđ tamē est capitale crimen sz antique possunt bene sine damno abscindi. quasi dicat et si ego cōmisi hoc ꝛ illđ quid tibi est quia non potes me corrigere. Da.

Aut hic ad veteres fagos: cum daphnidis arcum
Fregisti: et calamos: que tu peruerse menalca
Et cum vidisti puero donata: dolebas
Et si non aliqua nocuisses mortuus esses
¶ O menalca nimphe supple viderẽt te hic.i.ĩ isto loco scꝫ ad veteres fa
gos cum fregisti.i.rupisti arcum et calamos.i.fistulas daphnidis.i.illiꝰ
pueri que scꝫ arcum et calamos.o peruerse.i.pessime menalca cum vidi
sti donata.i.data puero.i.daphnidi dolebas.i.tristabaris.et si non aliq̃
i.aliquatenus vel aliqua ratione nocuisses.i. malum fecisses puero tu
mortuus esses.i.tu perires ex inuidia ¶ Aut hic. Dametas.i. virgilius
iterum redarguit cornificiũ inuidie et detractionis quia pridie fregit ar
ma et fistulas daphnidis pastoris et erat iratus qꝛ arma et fistule erãt
data daphni et ex inuidia mortuus fuisset si non nocuisset ei in aliquo.
Pastores enim habent arma vt dicitur in georgicis. Armaqꝫ amideũ
qꝫ canam cressasqꝫ pharetras. In hoc vult ostendere ꝙ cornificiꝰ erat
sibi inuidus quia cesar dederat sibi agros. vult etiam dicere ꝙ cornifi
cius lacerauerat carmina esyodi poete in georgicis etiã vtebatur illis
tanꝙ̃ suis. Inuidebat etiã virgilio qui hẽbat artem poeticã Me.
Quid domini facient: audent cum talia fures
Non ego te vidi damonis pessime caprum
Excipere insidiis multum latrante licysca
Et cum clamarem: quo nunc se proripit ille
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas
¶ Quid domini.i.principes facient cum fures.i.latrones audent fa-
cere talia facta supple.o menalca pessime.i.peruerse non.i.nõne ego vi-
di te dametã excipere.i.furari caprũ damonis.i.illius pastoris insidiis
i.occulte.et hoc dicto licysca.i.cane siluestri latrante.i.clamante: ⁊ cũ cla
marem.i.dicerem tityro.o tityre coge.i.duc pecꝰ vel serua quo.i.ad quẽ
locum ille.i.dametas se ꝓripit.i.se transportauit et tu latebas.i.abscon-
ditus eras post carecta.i.illum locum in quo crescunt carices ¶ Quid
dñi. Menalcas vocat nunc dametã furem: dicẽs quid fieret si loquere
tur vni dño quando iste fur audet sic respõdere. Sũt aũt q̃dam nomina
que significantur ꝑ officia sicut amator phĩc dꝛ phs: ⁊ nomẽ triũ lr̃arũ
dꝛ fur. sicut salustius cuidã latroni dicit tu es nomẽ triũ lr̃arũ ⁊ sic ex of
ficio furãdi. vult etiã dicere ꝙ virgilius est seruus miser et indigens qꝛ
soli tales furantur. dicit enim catho. Cum deest aliena sequuntur. Nũ
quid ego te vidi pridie furantem caprum damonis pastoris et quando
ego clamaui licysca clamauit et tu te abscondisti retro carecta: et hoc cõ
firmat se esse furem quia visus est certissimus sensuum. et vult dicere ꝙ
virgilius furatus est ab homero et a theocrito et esyodo carmina que di
cebat esse sua: vel ꝙ uratus est possessiones vel agros cesaris. Et est licy

sca vel licyscus canis q ex lupo et cane generatur. et est optimus canis contra lupos ideo dicit ꝙ in furando licisca latrabat et virgilius se abscondit in caractis. id est locis vbi crescunt salices vel iunci marini

Dametas

An michi cantando victus non redderet ille
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum
Si nescis meus ille caper fuit: et michi damon
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat

¶ An ille. i. damon victus supatus cantando non redderet michi damete caprum supple quem scꝫ caprum mea fistula meruisset carminibus. i cantibus: o menalcas si nescis. i. si ignoras ille caper meus fuit et damō. i. ille pastor fatebatur michi damete illum caprum esse meum sed negabat se damonem posse reddere. i. restituere. ¶ An michi. Respondet dametas. i. virgilius nō multiplicando vicia sicut prius fecit menalcas sꝫ dicit se non esse furem nec cepit rem alienam inuito domino quia ille caper erat suus quod bene sciebat damon et confiteibatur sed dicebat seipsum non posse reddere quia differebat ipsum dare donec faceret carmē vel tragediam. Et interrogabat virgilius cornificium dicens. nunquid bene scis ꝙ ego possum bene obtinere illum caprum ex carmine meo. i. nunqd bene scis ꝙ possum et bene scio facere tragedias et carmina que sic vocantur a tragos qd est hircus quia premium tragicorum erat hircus. et sic dato ꝙ non fuisset meus tamen poteram illum licite accipere quia paratus eram illum mereri cantando. et per hoc significat ꝙ virgilius si tenebat agros non tenebat nisi suos et cesar hoc bene sciebat: sed vix poterat eos sibi restituere quia eos dederat suis militibus veruntamen propter sui scientiā et magnam prudentiam et subtilia carmina cum deuotis et humilibus precibus meruit eos sibi restitui et sic meruit caprum cantando sicut dicit Oratius. Carmine tragico vilem cantauit ob hircum

Cātando tu illū: haud vnquā tibi fistula cera Ba.
Iuncta fuit: non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen

¶ Construe sic. Meruistis supple habere illum caprum cantando: quasi diceret non. quia haud pro non fistula nunꝙ fuit tibi iuncta. id est coniuncta cera. non. id est nunquid solebas indocte. id est inutiliter. vel indocte potest esse vocatiui casus disperdere. id est vlulare carmen miserū in triuiis. id est in biuiis stipula. id est fistula stridenti. id est male resonāti ¶ Cantando tu illum. Obiurgat iterum menalcas. id est cornificius contra virgilium dicens tu meruisses caprum cantando. tu mentiris: quia nunꝙ sciuisti cantare nisi solum vlulare in biuiis et nunꝙ habuisti bonam fistulam iunctam cera. sed solummodo fistulam scissam male et stridule resonantē. i. nunꝙ habuisti bonos libros ad studēdū nec vnꝙ

bonam phiam sciuisti. ¶ Et sciendum q̄ pastores q̄ vendebant lac sie-
bant esse in quadriuiis vbi vlulabant ad denunciandum lac esse venale
in memoriam cereris: quia quādo querebat filiā suam ꝓserpinam vlula
bat in vrbibus et triuiis sicut dicitur in eneyde. Nocturnisq₃ echate tri
uiis vlulata per vrbes. Dameta

Vis ergo inter nos quid possit vterq₃: vicissim
Experiamur ego hanc vitulam: et ne forte recuses
Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fetus
Depono: tu dic mecum quo pignore certes

¶ O menalca vis. i. consentis vt cantemus inter nos quid vterq₃ no
strum possit sc₃ cantare experiamur et ego dametas depono. i. in vadiu₃
pono hanc vitulam et ne forte recuses. i. refutes eam. dico tibi q̄ ipa vi-
tula venit bis sc₃ in die ad mulctrā et ipa alit. i. nutrit binos fetus. i. du
os vitulos vbere. i. mā milla sua et dic michi quo pignore. i. quo vadio cer
tes mecum ¶ Vis ergo. Respondet dametas. i. virgilius tu dicis q̄ ne-
scio cantare: vis tu q̄ cantemus ambo inter nos quia non habemus iu-
dicem quia adhuc non venit palemon et ponamus vadia inter nos q̄ suc
cedant victori et ego depono vel assigno precium vel vadium carminis
sc₃ vnam vaccam iuuenem q̄ licet sit iuuenis tamen bis in die venit ad
mulctram: sc₃ mane et sero. et possumus dicere mulctram vel mulctrum
vel mulctrarium vas in quo mulgetur lac: dicitur enī in georgicis. im-
plent mulctraria vacce. Tu dic mecū quo pignore certes. i. quod vadiu₃
vis ponere. Me.

De grege non ausim quicquā deponere tecum
Est michi nanq₃ domi pater: est iniusta nouerca
Bisq₃ die numerāt ambo pecus. alter et hedos
Verum id quod multo tute ipse fatebere maius
Insanire libet quoniam tibi pocula ponam
Fagina celatum diuini opus alchimedontis
Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos edera vestit pallente corymbos
In medio duo signa conō et quis fuit alter
Descripsit radio totum qui gentibus orbem
Tempora que messor: que curuus arator haberet
Necdu₃ illis labra admoui sed condita seruo

¶ Non ausim. i. nō auderem deponere. i. seqstrare quicq̄. i. aliqd de gre
ge. i. ex ouibus nanq₃ pater est michi domi: et nouerca iniusta est de mi
et ambo scilicet pater et nouerca numerāt. i. cōputāt pec⁹. i. oues bisq₃

dic.sc3 mane et sero.et alter numerat hedos.verū ponā.i.deponā id qđ
tu fatebere.i.dices esse maius:sc3 vadium ꝙ sit vacca:et libet.i.expedit
te insanire qm̄ pono tibi ista supple.Nā ponam pocula.i.vasa fagina.i.
de fago facta: q̄ sunt opus celatum:alchimedōtis diuini.i.illius p̄clari
sculptoris.q̄bus.i.in quib⁹ poculis vitis lenta supaddita torno facili ve
stit.i.coopit corymbos.i.vuas hedarum diffusos.i.dispsos hedera.i.illa
herba pallente.i.pallida.in medio illoru3 poculorum sunt duo signa sc3
conon.i.ymago cononis ducis.⁊ quis fuit alter.agricole nesciūt supple
sed fuit ille qui descripsit totū orbem gentibus.i.hoībus vadio.i.cū vir=
ga et descripsit q̄ tempora messor.i.vindemiator haberet.et descripsit q̄
tempora arator haberet.i.rusticus possideret.et ego menalcas necdum
i.nō adhuc admoui.i.apposui labra s3 suo illa pocula cōdita.i.abscōdita
¶ De grege.Respondet menalcas.i.cornificius sicut ille qui timet vin
ci quia ip̄e nō auderet deponere aliq̇d aīal de grege quia habebat no=
uercam et patrem qui bis in die numerabant gregem .sc3 mane et sero.
et dicit iniusta quia coīter nouerce sunt iniuste primogenitis ¶ Uerum
id quod multo.⁊c̄.Et tibi dabo vnū aliud preciū quod est melius ꝙ vac=
ca tua sc3 vnum vas.de fago ad potandū qđ factū est ab eximio sculpto=
re sc3 ab alchimedonte.in quo scripta est hedera alba habens corymbos
i.vaccas vel grana quedā.et sup illam hederā est tornata vel cum torno
facta vua vitis q̄ coopit illos corymbos. et in medio illius vasis ē yma=
go cononis qui fuit dux ⁊ magnus discipulus magni ptholomei ducis
alexandrie et ymago vnius alterius phi ¶ Descripsit vadio.i.cum vir=
ga cum qua vtuntur geometri quia fuit astrologus ¶ Necdum illis.i.
illa pocula non sunt adhuc in vsu sed sunt noua.i.recentia.Per ista in=
telligitur ꝙ cornificius timebat vxorem suā et nō audebat deponere po
culum sed solum quendam librum de quo mulier non curat:⁊ vult dīc
ꝙ habet quendā librum quē virgilius nūꝙ vidit

Et nobis idem alchimedon duo pocula fecit
Et molli circum est ansas amplexus achanto
Orpheaq3 in medio posuit:siluasq3 sequentes
Necdum illis labra admoui:sed condita seruo
Si ad vitulam spectes nichil est ꝙ pocula laudes

¶ Et idem alchimedon.i.ille sculptor fecit nobis duo pocula:et ille al=
chimedon amplexus est ansas.i.illud ꝑ quod tenemus vasa circu3.i.vn
diq3 achanto.i.illa herba molli.i.flexibili ⁊ ip̄e posuit orphea.i.illu3 cā
torem et posuit siluas.i.nemora seꝙtes sc3 cātum orphei necdum.i.non
adhuc admoui.i.posui labra illis vasis:sed seruo illa condita.i.abscondi=
ta etsi spectes.i.respicias ad vitulam.i.vaccam nichil est ꝙ.i.quare lau
des pocula ¶ Et nobis idem Respondet dametas condemnando pocula
que menalcas reputabat preciosa.Illud em̄ nō est preciosum quod ē cō
mune.dicit ergo virgilius.ego etiam habeo duo pulchra pocula ab al=

chimedonte et circa ansas est sculptus achantus herba volubilis et in medio posuit orpheum qui fuit optimus cātor qui faciebat siluas correre et ideo in poculis meis sunt sculpte silue sequentes orpheum ¶ Necdū illis. Derisorie repetit verba cornificii et est ypallage quia nō mouem⁹ labra ad pocula sed econtra et sic si consideres vitulam meam non laudabis pocula tua respectu eiusdem. Me.

Nunquā hodie effugies: veniā quocunqȝ vocaris
Audiat hec tantum vel qui venit ecce palemon
Efficiam post hac ne quenquā voce lacesses

¶ O dameta nunq̄ effugies. i. vitabis disputationē hodie quocūqȝ pignore scȝ. vocaris. i. vocaueris veniam. i. descendā aliquis supple audiat hec. i. hanc disputationē vel ille qui venit audiat nos et ecce palemon qui audiet nos. et ego efficiā. i. faciā post hac ne lacesses. i. prouoces quēq̄. i. aliquē voce. i. verbis tuis ¶ Nūq̄ hodie. Loqͬ menalcas. i. cornificius non effugies disputationē imo ego cōueniā tecum in quocūqȝ pignore. et veniat aliquis qui audiat nos et non curo quis sit vel veniat a casu. ecce palemon. i. quidam pastor vel cesar qui audiet nos. Da.

Quin age si quid habes: in me mora non erit vlla.
Nec quemquā fugio: tātum vicine palemon
Sensibus hec imis: res est non pauca reportes.

¶ Construe. Quin. i. quinimo age. i. dic si habes quid. i. aliquid ad dicēdum vlla mora. i. aliqua tardatio non erit in me dameta: nec fugio. i. effugio quenq̄. sȝ o palemon vicine reportes. i. iudices hec. i. istam disputationem sensibus imis. i. bona prudentia quia res. i. disputatio non est pauca ¶ Quin age. Respondet dametas si scias aliquid ostēde illd corā quocūqȝ iudice ¶ Tātum vicine palemon. captat beniuolentiam qz notat eum suum vicinū et aduertit eum vt bene cōsideret argumētationē amborum quia de magna re agitur Palemon

Dicite quādoquidem in molli consedimus herba:
Et nunc omnis ager: nunc omnis parturit arbos
Nunc frondent silue nunc formosissimus annus
Incipe dameta: tu deinde sequere menalca
Alternis dicetis: amant alterna camene

¶ O vos ambo dicite carmina vestra q̄n quid cōsedimus. i. quiescimus in herba molli. et nunc omnis ager frōdet et nunc annus formosissim⁹ frondet et silue nunc frondent. i. florent. et oīs arbor nunc parturit. i. fructificat. o dameta incipe carmīa tua. et o menalca seq̄re deinde. i. dic p⁹ dametā carmīa tua et vos dicetis carmīa alternis scȝ vicibus. qz camene. i. muse amāt alterna carmīa. i. alternatim dicta ¶ Dicite vsqȝ. Hic locuti sunt menalcas et dametas: nunc loquitur palemon qui a casu oc-

curritet eligitur iudex et loquitur more pastorum dicens. dicite carmia vestra supra herbā viridem: nunc eī floret omnis ager et parturit omis arbor. carmina enim requirunt corletum. incipe dameta et postea menalcas tibi respondebit. Da.

Ab ioue principium muse: iouis omnia plena
Ille colit terras: illi mea carmina cure

Pricipiū muse. i. carmis mei ē ab ioue. i. ab illo deo oīa sūt plena iouis. i. oīa sūt i ptāte iouis. ille iupr colit. i. arat tras et mea carmia sunt cure. i. sollicitudī illi ioui. Ab ioue pricipiū. i. incipiam carmē ab ioue vel cesare q2 omnia sunt plena iouis q2 deus est vbiq3 et semper vel potestas cesaris est vbiq3 locorum Illi mea carmina. i. iupiter vel cesar cō placet in carminibus meis Menalcas.

Et me phebus amat: phebo sua semper apud me
Munera sunt lauri: et suaue rubeus hyacinthus

Phebus. i. ille deus amat me. et lauri sunt semper apud me. i. menalcam phebo. i. illi deo sua munera. i. dona. et hyacinthus illa herba rubeus. i. rubea est suaue donum. vel suaue potest esse captum aduerbialiter Et me phebus amat. Respondet menalcas dicens. si tū habes ioue3 propicium ego habeo phebum qui est summus deorum. quia vnicuiq3 deus suus est summus. ideo dicitur communiter: Si quis amat ranam ranam putat esse dyanam. et phebus dat michi sua munera laurum et iacinthum herbā rubeam. i. dignus sum corona laurea. Ubi notandum est q phebus amauit daphnem que fugiens a facie eius mutata est in laurum. quia amantes virginitatem semper virent sicut laurus. Phebus autem et boreas amauerunt puerum iacinthum: boreas vero quia puer magis delectabatur in amore phebi: percussit de vno disco iacinthum et interfecit eum sed mutatus est in florem sui nominis Dameta.

Malo me galathea petit lasciua puella
Et fugit ad salices: et se cupit āte videri

Construe sic. Galathea. i. concubina sc3. puella lasciua. i. voluptuosa. petit. i. pcutit me malo. i. pomo et ipsa fugit. i. currit ad salices. i. ad loca voluptuosa. et cupit se videri: sc3 a me ante. id est āteq recedat Malo me. Hic dametas laudat se ex sua pulchritudine dicens q galathea concubina prouocat et percutit ipsum pomo in signum amoris. et fugit ante eum ad salices. id est loca delectabilia. sed vult ante videri vt ipse sequatur eā visam. et vt ipse concupiscat decorem suu3 Per hoc volunt aliqui q non solum roma īmo etiam galathea. i. gallia petebat carmina virgilii. et sic laudat se a scientia. Me.

Et michi sese offert meus ignis amyntas
Notior: vt iā sit canibus non delya nostris

¶ Construe. et amyntas. i. ille puer meus ignis. i. amor meus notior. i. adeo notus offert sese michi vt delya. i. exor mea non sit iam nota. i. tam cognita nostris canibus sicut est amyntas ¶ At michi. Respondet menalcas. d. sicut tu habes amicam puellam ego habeo puerum amicum i. forte cesarem a puritate sensus vocatum puerum et est michi iam tam priuatus q canes mei agnoscunt cum sicut exorem meam delyam vel dyanam a delos insula dictam

Parta mee veneri sunt munera: namqz notaui Da.
Ipse locum: aerie quo congessere palumbes

¶ Munera. i. dona sunt parata. i. preparata mee veneri. i. mee amice ipse i. ego dametas notaui locum scz quo. i. i quo loco palumbes. i. ille aues aerie. i. in aere volantes congessere. i. nidos fecere. ¶ Parta mee. Iterū dameta gloriatur in domo et possessione sibi data. d. ego habeo iam locum paratū mee veneri vel delectationi quia signaui meum locum delectabilem et pinguem vbi palumbes collegerūt nidos suos et hoc situ arboribus spissis et in terra fructifera

Quod potui: puero siluestri ex arbore lecta Me
Aurea mala decem misi: cras altera mittam

¶ Et ego menalcas feci quod potui. nam misi puero. i. amico meo. i. amynte vel cesari decem mala. i. poma. aurea. i. aurei coloris lecta. i. collecta ex arbore siluestri: et ego mittaz cras altera scz poma ¶ Quod potui. Hic menalcas dicit se etiam portasse donum delectabile suo amico. scz decem poma siluestria q̄ iam sibi misit et cras mittet alia. i. mittet cesari decem eglogas buccolicorum et georgica. potest etiam intelligi p predicta tēplum delectabile qd virgilius pponit in georgicis construere in reuerentiam cesaris vbi dicit. In medio michi cesar erit templū qz tenebit. et cornificius iactat se in laudem cesaris facturum buccolica et georgica melius q virgilius

O quotiens: et que nobis galathea locuta est. Da.
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures

¶ Construe. O quotiens galathea locuta est michi supple et q̄. i. qualia dulcia verba galathea. i. amica locuta est nobis: o vos venti referatis aliquā partem verbor dulcium ad aures diuū. i. deorum. quia ita dulce locuta est vt deorum auditu eius digna sint verba. ¶ O quotiens Hic dametas gloriatur in dulciloquio galathee vbi vult dicere q cesar priuate et secrete loquebatur secum optans q aliquis ventus deferat illa dulciloquia ad aures potentum. quia si ipse se laudaret laus sua sordesceret. ideo vellet q venti deferrent Me.

Quid prodest q meipse animo nō spernis amynta
Si dum tu sectaris apros: ego retia seruo

Construe. o amynta quid prodest ꝙ nō spernis me aīo. i. libentissime amas. Si dum. i. si quando tu sectaris apros. i. vadis ad venādū apros ego menalcas seruo. i. custodio rhetia. ¶ Quid prodest. occulte menalcas ostendit dametam mentiri et ꝙ cesar non diligit ipm: q2 quādo cesar vadit ad venationem dametas solū seruat rhetia ꝙd est minime delectationis in venatione. quasi diceret de virgilio sub propria persona si cesar amasset te: duxisset te ad bellū cōtra anthoniū vel ad vnū aliō bellum ꝙd noluit cesar facere Da.

Phyllida mitte mihi: meus est natalis yola.
Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito.

O yola o deus mātuanorum mitte mihi phyllida. i. amicam meā quia est meus natalis. i. est dies natalis mei et cum faciam. i. sacrificabo vitula. i. ex vitula pro frugibus ipe. i. tu yola venito. i. venias ad sacrificiū. ¶ Phyllida mitte. Dametas gloriatur in diuiciis suis vbi aduertendum est ꝙ antiqui venerabantur diem sue natiuitatis et cum in oībꝰ aliis sacrificiis castitas seruaretur: tamē spāliter ī sacrificiis illius diei vtebantur voluptatibus ideo dametas orat yolam deum mātuanorum vt in die sui natalis mittat ei phyllidā cōmunē amasiā pastorum et quando faciet vitula. i. qñ offeret vel sacrificabit vitulam pro frugibus rogat ipm vt adsit et in propria persona: q2 tunc non est opꝰ voluptatū nec vt mittatur phyllis: vbi est aduertendū ꝙ antiq ante messes ducebant circa agros vnam vitulam quam postea sacrificabāt cereri vt etiam habetur in georgicis. Tuncq3 nouas circum felix eat hostia fruges. Et faciebant festum sue natiuitatis. ⁊ est phyllida accusatiuus grecus huius noīs phyllis ⁊ yola est vocatiuus grecus huius noīs yolas. Me.

Phyllida amo ante alias: nā me discedere fleuit
Et longum formose vale: vale inquit yola.

Ego menalcas amo phyllida ante alias mulieres et phyllis fleuit me i. a me discedere. i. recedere et ipa fecit supple discedendo longum. i. lōgam rōcinationem dicendo mihi o yola. i. menalca formose vale vale. ¶ Phyllida amo. Hic menalcas habet aliud nomē sc3 yolas vel ē anthonomasia sicut vir fortis vocatur achilles vel sanson. et adulter vocatur paris. ita optimus pastor vocatur yolas qui fuit pastor deificatus: dicit ergo menalcas ꝙ ipe amat felicitatē et voluptatē et ꝙ phillis ipm diligit plusꝙ alios ꝙd probat q2 quando recessit ab eo fleuit amare et longam recōmendationem sibi facit dicendo, sepe vale vale qδ est verbum discedentium. Sed capitur ibi vale noīalr et est nomen indeclinabile seruat tñ accidentia verbi quia doctrinale dicit ꝙ est ibi sistole et boethesis: producitur eñ vltima sillaba de vale ᵱm naturam verborum scđe ꝯiugationis. sed in hº metro corripiī et est boethesis q2 vocalis non cedit vocali. et significatur ibi ꝙ menalcas iactat se esse

ita diuitem sicut est dametas. Da.

Triste lupus stabulis: maturis frugibus ymbres
Arboribus venti: nobis amarillidis ire

¶ Construe lupus est triste. i. res tristis vel cōtraria stabulis. i. ipsis agnis et ymbres sunt tristes vel cōtrarie frugibus et venti sūt ɔrii arborib⁹ ⁊ ire amarillidis. i. vxoris sūt tristes nobis pastorib⁹. i. mihi. Triste lup⁹. Hic deide ꝓponit aliqua prouerbia naturalia vt experiatur an menalcas sciret ꝓponere talia et dicit ꝙ ista sunt ɔria: lup⁹ et stabula et capit ibi stabula ꝓ agnis vel ouibus et est ɔtinēs ꝓ ɔtento et pluuia est cōtraria frugibus maturis et venti arborib⁹ et vxores irate suis maritis. Me.

Dulce satis humor: depulsis arbutus hedis
Lenta salix feto pecori: mihi solus amyntas

Humor. i. humiditas est dulce. i. res dulcis satis. i. segetib⁹ et arbut⁹ i. illa arbor est dulcis hedis. i. capris depulsis. i. separatis a matribus et salix. i. illa arbos lenta est dulcis pecori. i. gregi et amyntas. i. ille puer solus est mihi dulcis. ¶ Dulce satis. Respondet menalcas dās prouerbia cōtraria. dicēs ꝙ lꝫ ymbres sint ɔtrarie frugibus maturis tū sunt dulces seminib⁹ et arbuta sunt dulcia hedis separatis a matrib⁹ Salix etiam est dulcis ouibus et capris sed solus amyntas est dulcis mihi menalce et nihil sibi placet sicut ille puer vel sicut cesar: quasi diceret ꝙ non est sibi cura si amaryllis. i. roma vel ciues romani non diligant eum qꝛ cesar eū diligit: ɔsules eīn erant ꝓ virgilio contra cornificium. Da.

Pollio amat nostram quāuis sit rustica musam
Pierides vitulam lectori pascite vestro.

¶ Pollio. i. ille patronus amat nostram musam. i. carmīa nr̄a q̄uis sit rustica. i. q̄uis carmīa sint de rebus vilib⁹ facta o pierides o muse pascite. i. nutrite vitulam. i. vaccam vestro lectori. i. pollioni. ¶ Pollio amat. hic blanditur dametas suo patrono scꝫ pollioni ad cui⁹ rogatum facta sunt ista buccolica: pollio ei amabat carmina et scripsit thragedias et historias. ¶ Pierides Pirius est mons i q̄ habitāt muse dee carīm: iō orat dametas vt ille muse dent pollioni pinguem vitulaꝫ. i. premiū carmīs buccolici quod sibi ascribitur tanq̄ protectori et gloriatur in hoc virgilius ꝙ habet bonos amicos in senatu. me.

Pollio et ipse facit noua carmina: pascite thauruꝫ
Iam cornu petat: et pedibus qui spergat harenam

¶ Construe et ip̄e pollio facit noua carmīa: pascite tauruꝫ qui taur⁹ petat cornu et qui spergat harenam pedibus qui inuadat hoīes cornu et euodat terram suis pedibus. ¶ Pollio et ip̄e. Hic ostendit me-

nalcas se etiam diligi a pollione: et blanditur ei sicut facit Dametas in precando non sibi vitulam: sed taurum qui est fortior: dametas enim p vitulam significabat fecunditatem carminis: menalcas aūt per taurū intelligit fortitudinem sensus ad confringendum carmina aliorum poetarum. Da.

Qui te pollio amat: veniat quo te quoq3 gaudet
Mella fluant illi: ferat et rubus asper amomū

¶ Construe: o pollio qui amat te veniat. i. perveniat ad talem triūphū quo. i. ad quem gaudet te venisse supple et mella. i. illi liquores fluant i. fecunda sint illi et rubus asper. i. durus ferat. i. tribuat ei amomum florem redolentissimum. ¶ Qui te pollio. Iterum dametas blandit pollioni imprecando oīa vota illi qui ipm diligit q̄ oret pro seipo dicens: o pollio ille qui diligit te perveniat ad talem pfectionē ad q̄lem vellet te pervenire et fluat illi abundantia mellis et sint ei oīa fecūda et fertilia sic q̄ dumus ferat amomum florem redolentissimū et bene dicatur terra in opere suo. me.

Qui bavium non odit amet tua carmina meui
Atq3 idem iungat vulp es: et mulgeat hyrcos

¶ Ille qui non odit bavium. i. illū poetam o meui. i. o poeta ille amet tua carmina et qui amat tua carmina ille idem iungat vulpes idest illa aīalia aratro et ille idem mulgeat hircos id est lac trahat ex hircis ¶ Qui baviū. menalcas facit facetā derisionem volens significare q̄ carmina virgilii et pollionis nihil valent quia bavius et meui⁹ fuerunt duo ignari poete inimici virgilii et oratii et carmina unius erāt eque misera sicut carmīa alterius ideo dicit o meui qui nō diligit vel odit carmīa bavii amet tua carmīa q: similia sunt in malicia atq3 idē iungat vulpes. i. ille qui diligit carmīa vestra perdet tempus suum sicut ille qui iungit aratro vulpes vel qui mulget hircos.

Dametas.

Qui legitis flores et humi nascentia fragra
Frigidus o pueri fugite hinc: latet anguis in herba

¶ O pueri qui legitis idest colligitis flores et fragra idest mora rubea nascentia idest crescentia humi id est in herbis fugite hinc id est recedite ab illo loco quia anguis frigidus idest serpens venenosus latet in herba. ¶ Qui legitis. Hic dametas proponit unū enygma loquens ad pueros qui colligūt flores et fragra que sunt mora rubea nascentia ex herbis et dicit eis: o pueri fugite hinc quia anguis latet in herba: et loquitur mantuanis qui habitabant inter milites asperos qui mordent et interficiunt sicut anguis et consulit eis cedere maiori iuxta dogma cathonis maiori cede.

menalcas.

Parcite oues nimium procedere: non bene ripe
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat
O pastores parcite. i. prohibete oues nimiũ ꝓcedere. i. ne oues nimis ꝓcedãt. Nã nõ bñ creditr. i. ꝯfiditr ripe aquarũ supple q2 ipe aries. i. vnꝰ aliꝰ aries nũc desiccat vellera. i. pellem suam ¶ Parcite. hic menalcas oñdit se bene intellexisse predictum enygma eẽ dictum de mantuanis q2 sub vno alio enygmate oñdit illd q̃d accidit virgilio quia cum repeteret agrum suũ miles interemisset eum nisi saltuisset in fluuium. Et dictum est sibi veteres migrate coloni: ideo dicit Menalcas ad pastores mantuanos non ducatis oues iuxta ripariam ne cadant in fluuium quia nuper cecidit vnus aries qui adhuc siccat vellera sua quia non est diu ꝙ cecidit Da.
Tityre pascentes a flumine reice capellas
Ipse vbi tempus erit omnes in fonte lauabo
O tityre reice. i. repelle a flumie. i. fluuio capellas pascẽtes et ipe. i. ego lauabo oĩs in fonte vbi tempus erit oportunũ supple. ¶ Tityre. Hic dametas precipit reicere capellas a flumie q2 ipe lauabit eas cũ tpũs fuerit et non lauabit in riuo sed in fonte. i. quando cesar redierit de bello actico virgilius impetrabit pacem mantuanoꝝ a cesare. et loquitur ei in propria persona non per aliam interpositam sicut fecerat prius anteq̃ haberet noticiam cesaris per pollionem mgr̃m augusti In cuius laudem fecit istam eglogam ⁊ dicit seruius ꝙ reice capellas est proseleumaticus pro daptilo. sed ƨm doctrinale et modernos reicio et refert pro distat producunt re. ⁊ sic non põt eẽ proseleumaticus s3 ẽ sineresis et ꝯfluunt due vocales in vnam et debet proferri rice. Me.
Cogite oues pueri: si lac preceperit estus
Ut nuper: frustra pressabimus vbera palmis
O pueri. i. pastores cogite. i. in ouilia colligite oues si estus. i. calor ꝑceperit. i. preoccupauerit lac vt nuper fecit supple: nã frustra pressabimus. i. constringemus vbera. i. mãmillas palmis. i. digitis vel manibus. ¶ Cogite oues. Menalcas iubet cogere oues in tecta propter calorem solis qui exterminat lac. et ꝑ hoc intelligit ꝙ mantuani captiui sub furore tribulationis non pñt fructificare nec tunc est tẽpus repetendi agros donec pertranseat furor. Da.
Heu heu ꝙ pingui macer est mihi taurus in aruo
Idem amor exitium est pecori: pecoriq3 magistro.
Setosi caput hoc apri tibi delia paruus
Et ramosa micon viuacis cornua cerui
Si proprium hoc fuerit leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno

¶ Construe. o delia. i. o dyana micon. id ē seruus tuus paruus. id est iuuenis dabit tibi dono caput apri setosi id i. habentis setas et dabit

tibi cornua ramosa.i.ramis plena cerui viuacis.i.illius aialis diu viuentis et si hoc scz donū meū fuerit proprium .i.si tibi placet scz tu stabis.i.eris euincta tota.i.ornata tota de marmore leui.i.plano dico euicta suras.i. caligas hñs cothurno.i.illo calciamento puniceo.i.punicei coloris tincto. ¶ Setosi.hic loquitur corydon ad dyanam quatuor versibus dicēs ꝙ micon iuuenis pastor seruus ꝛ nepos suus dabit munera dyane que est dea venatorꝫ dabit eni sibi caput apri et cornua cerui viuacis .i.diu viuentis:qr sicut dicit plinius in historia nāli ceruꝰ senex querit serpentē et ex respiratione hanelitus trahit eum de foramine et ipm comedit et in illa comestione viuiscit et resumit vigorem. ¶ Si propriū fuerit.i.si acceptum fuerit tibi mihi dare munus quod peto faciam tibi statuam de leui marmore .i.plano et terso et dabo tibi caligas puniceas .i.purpureas et est cothurnus calciamentū vtriqꝫ pedi aptum: iō dr cothurno in singulari et suras.i.thibias in plurali et pertinebant poetis et venatoribus.

Thirsis.

Sinum lactis et hec tibi liba priape quot annis
Expectare sat est: custos es pauperis horti
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fetura gregem suppleuerit: aureus esto

¶ Construe.o priape.i o deus hortoꝝ sat est expectare.i. satis expectasti sinū lactis .i.vas plenuz lacte et hec liba id ē hec sacrificia quot [an]nis id est singulis annis: et tu es custos horti. i.agri pauperis et nos fecimus te marmoreū id ē ymaginem tuam marmoream pro tempore Si tamen fetura id ē si nutrimentum vel partus suppleuerit id ē augeat gregem tu esto aureus id ē faciem tuam statuam auream.
¶ Sinum lactis.Hic thirsis facit votum priapo deo hortorum et dicit ꝙ tempore sue paupertatis habebat eius ymaginem marmoream in horto paupere et presentabat ei munera parua scz sinum lactis vel placētas que in estate iocose comedunt in hortis et ꝺm aliquos sinum pro vase est neutri gñis prima longa.Seruꝰ tamen et greci dicunt sinus quia semper est masculini generis .Sed pro vase est prima longa et pro gremio prima breuis iuxta illd Replet mamma sinum lactisqꝫ coagula sinū.ꝛ est semper quarte declinationis et in sinu abrahe et ꝓ vase sinus est vas in quo colatur lac mulsus .dicit ergo thirsis ad deū horti.o priape iam satis expectasti sinum lactis et liba et fuisti horti custos pauperis .Sed si muse vellent mihi concedere q̄d postulo ego tibi faciam statuam auream scilicet si sim diues et si fetura id est nutrimētum a fouendo suppleat gregez id est administret et augeat gregē.

Corydon

Nerine galathea thimo michi dulcior hyble
Candidior cygnis: hedera formosior alba
Cum primum pasti repetent presepia tauri
Si qua tui corydonis habet te cura: venito

¶ Construe. galathea .i. amica mea nerine id est nerei filia est dulcior id ē suauior mihi corydoni thimo id ē illa herba hyble id est illius opidi et galathea est mihi candidior cignis. id est illis aīalibus ⁊ ē formosior id ē pulchrior hedera id ē illa herba alba. i. candida et o galathea si qua cura id est aliquis amor tui corydonis id ē tui amatoris hꝫ te. i. te detineat venito. i. veni ad eum cum thauri. id ē illa aīalia pasti. id ē saturati repetēt id est querēt vel redibūt ad presepia. i. ad stabula sua ¶ Nerine galathea. hic loquitur corydon certando de pulchritudīe amice et dicit ꝙ nerine id est galathea filia nerei est sibi dulcior ꝙ̄ sit thimus apibus in illo opido vbi est abūdātia thimi herbe quā diligunt apes et ē nerine patronomicū grecū: qꝛ feminina patronomica terminant in ne sicut nerine aut in yas sicut pelias: aut in is sicut phillis. ¶ Cādidior id est albior illa aue scꝫ cigno et pulchrior ꝙ̄ hedera alba cuius lignū est pulchrius ꝙ̄ hedere nigre. ¶ Cum primū. Precatur corydon amicam suam nerinem vt veniat ad eum qn̄ tauri erunt pasti saltem si habeat curam corydonis vel diligat eum. Thir.

Immo ego sardoniis videar tibi amarior herbis
Horridior rusco: proiecta vilior alga:
Si michi non hec lux toto iā longior anno est
Ite domum pasti si quis pudor: ite iuuenci

¶ O amica mea imo ego videar. id ē videri possum tibi id ē a te amarior herbis sordoniis. i. de sardonia ⁊ videar horridior. i. asperior rusco id ē illa herba amara et videar tibi vilior id ē turpior alga id ē illa herba ꝓiecta id ē cōtēpta. Si hec lux. i. dies ista nō est iā lōgior toto āno. o iuuenci pasti id ē saturati ite domū si quis pudor nobis est. i. si quā habetis verecundiam ¶ Immo ego. thirsis ꝑ cōtrariū loquitur de amica sua dicens ꝙ ipe bn̄ diligit eā sed nō diligit ab ea imo ipe est amarior sibi ꝙ̄ herbe sardonice qꝛ in sardonia sūt herbe similes apiastro que mel faciunt amarissimū et cōtrahūt labra hoīs edentis ac si vellet ridere et interficiūt hoīem ridendo Et ruscus ē herba amara et alga etiam quā ꝓiicit mare super littora ex qua stercorant agri. ¶ Si mihi nō hec lux. ostēdit se amare eā qꝛ vna dies est sibi longior āno. ¶ Ite domū. loquitur ad gregem vt redeat domū: qꝛ pudor est tā diu morari in pascua et hoc dicit qꝛ sperat ꝙ qn̄ venient iuuenci de pascuis sicut prius dicit corydon cū primū pasti tunc veniet amica sua.

Corydon

Muscosi fontes: et somno mollior herba
Et que vos rara viridis tegit arbutus vmbra
Solsticiuz pecori defendite: iam venit estas
Torrida: iam leto turgent in palmite gemme

Construe sic. vos fontes muscosi. i. herba muscosa cooperti ꝛ tu herba mollior. i. dulcior somno ꝛ arbutꝰ viridis. i. illa herba q̄ tegit. i. coperit vos fontes vmbra rara id ē parua defendite id ē ꝓhibete solsticiū id ē calorem solis pecori. i. gregi qꝛ estas id ē calor torrida id ē vehemēs venit et gemme. i. botri turgent. i. inflant in palmite leto. i. in ramis vinearum. ¶ Muscosi fontes. h loquitur corydō et certat de alia delectatione tp̄is estum precando ꝙ crescat herba que est mollis ad dormiendū et ꝙ fontes sint muscosi. i. herba coopiat eos. et sint arbuta frōdosa. orat ḡ oīa ista sibi dari vt depellant solsticiū qꝛ qn̄ ista nascuntur recedit solsticium hyemale et accedit estas Thir.

Hic focus et tede pingues: hic plurimus ignis
Semper: et assidua postes fuligine nigri
Hic tantum boree curamus frigora: quantum
Aut numerum lupus: aut torrentia flumina ripas

¶ Construe sic. focus id est locus ignis est h id ē i p̄ria mea sp. et tede pigues. i. ille arbores grosse sūt sp hic. ꝛ plurimꝰ ignis. id ē copiosꝰ igis est sp h. i. in p̄ria mea et postes. i. pillaria domoꝝ sūt facti nigri. id est nigra fuligine id est fumo assidua. i. continuo et nos curamus. i. timeꝰ tantū frigora boree. i. illius vēti ꝙtū lupus timet numerū ouium ꝛ ꝙtum flumina torrētia. i. aque abūdātes timēt ripas id est littora.
¶ Hic focus. Loquitur thirsis dicens ꝙ per ꝯtrariū in patria sua sp sunt ignis et thede pingues et postes domorum semp sūt nigri ꝓpter ignez assiduum. et est fuligo nigra sordicies camini. ¶ Hic tm̄ boree id est ꝓpter ignē quē facimꝰ nō dubitamus boream sicut nec lupus veret nūeꝝ ouiū: qꝛ bn̄ comedit oues nūeratas vel sicut flumia torrentia nō verent ripas q̄s trāscēdūt et supeminēt vel ꝯ q̄s fluctuāt. Co.

Stant et iuniperi et castanee hirsute
Strata iacent passim sua queqz sub arbore poma
Omnia nunc rident ac si formosissimus alexis
Montibus his abeat: videas et flumina sicca

¶ Construe. et iuniperi. i. ille arbores et castanee hirsute id est spinose stant id ē sunt in venetia et poma queqꝫ sua iacent id ē sunt strata id est demissa sub arbore et omnia omne rident id ē sūt leta ac si alexis id est ille iuuenis formosissimus abeat id ē recedat ab his montibus et

videas flumina sicca. ¶ Stant et iuniperi. hic corydon iterum laudat venetiā et redit ad illud quod iam dixit turgent in palmite gēme ibi etiam sunt castanee hirsute. Juniperus est arbor thurifera et dura dicta quasi gignens pir .i. ignem quia in eius ligno optime nutrit ignis. ¶ Castanea significat arborē et fructum sicut nux et ficus. et dr castanea quasi caste nata per contrarium qr eius fructus nascitur in folliculo ad modum duorum testiculorum absconditorum. Et est notādum q iste versus est exameter sine daptilo in quinto pede et vocalis non cedit vocali nec fit collisio vocalium in fine de iuniperi: cū illa cōiunctione et nec in fine de castanee cum principio de hyrsute et sic sūt ibi due boethesis sicut in doctrinali. o vtinā alme deus &c.

¶ Strata iacent id ē in venecia abundāt fructus pomorū stratorū sub arboribus. ¶ Oīa nūc rident. id ē ibi abundant herbe florentes.

¶ At si formosus. Hic retorquet totam laudem predictā in cesarē qui ē bonus rector imperii quasi diceret: ac si alexis id ē cesar abeat ab illa patria ipa manebit sterilis et inculta: qr bon9 pastor impīguat oues et flumina sicca id ē arida et est yperbole ad ostendendū magnam sterilitatem patrie que non habz bonum rectorem.

Thirsis

Aret ager: vicio moriens sitit aeris herba
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phillidis aduentu nostre nemus omne virebit
Jupiter et leto descendet plurimus ymbri

Cōstrue. ager .i. cāp9 aret .i. desiccat defectu aeris et herba moriēs vicio .i dfectu aeris corrupti sitit .i. affligitur et liber id ē bach9 iuidit .i. ī iuidiā habuit vmbras pāpineas folia vitis collibus et oīe nemus id ē oīs silua virebit id ē frondebit aduentu nostre phillidis et iupiter id ē aer superior descendet plurimus id ē abundans ymbri id ē pluuia leto id est dulci. ¶ Aret ager. Hic thirsis sub aliis verbis laudat cesarem dicens q sine eius dominio tota patria est pestifera et aer corruptus et herba fit carens pluuia: et bachus non dat folia vitis. Sed si phillis veniat id ē amica sua habeat gratiam cesaris oīa sibi bene succedent et virebit oīe nemus et aer superior dimittet pluuiam.

Corydon

Populus alcide gratissima vitis iaccho:
Formose myrthus veneri: sua laurea phebo
Phillis amat corylos illas dum phillis amabit
Nec myrtus vincet corylos: nec laurea phebi

¶ Construe sic. Populus id ē illa arbor est gratissima alcide id ē her

culi et vitis est gratissima iaccho id est bacho et myrtous id est illa arbor est gratissima veneri id est illi dee et sua laurea id est propria laurea est gratissima phebo. et phillis id est amica mea amat corylos id est illas arbores et dum phillis amabit illas corylos mirthus non vincet corylos et laurea phebi non vincet corylos. ¶ Populus alcide. Hic corydon iterum laudat cesarem dicens quod hercules amat populum arborem sibi consecratam: et bachus amat vitem: et phebus laurum et venus amat myrthum. Sed phillis per quam intelligitur cesar pulcher et delectabilis amat corylos arbores nuciferas id est mantuanos et quamdiu cesar amabit eos nulla gens superabit eos quod intelligitur in hoc quod dicitur. Nec mirthos vincet corylos nec laurea phebi.

Thirsis

Fraxinus in siluis: pulcherrima pinus in hortis
Populus in fluuiis: abies in montibus altis
Sepius at si me lycida formose reuisas
Fraxinus in siluis: cedet tibi pinus in hortis

¶ Construe. fraxinus id est illa arbor est pulcherrima in siluis id est nemoribus: et pinus est pulcherrima in hortis: et populus id est illa arbor est pulcherrima in fluuiis. et abies. scilicet sapinus est pulcherrima in montibus altis. o licida o puer meus formose si reuisas me id est si venias ad videndum me fraxinus cedet id est dabit tibi locum in siluis. et pinus cedet tibi in hortis.
¶ Fraxinus in siluis. Thirsis iterum laudat cesarem qui intelligitur per lycidam et dicit quod fraxinus naturaliter crescit in siluis et ibi est pulcherrima. Sed pinus est pulchrior in virgultis. et populus est pulcherrima iuxta fluuios. et abies est pulchrior in montibus altis. quelibet enim res melius se habet in loco naturali. Sed si licidas dignetur reuisere vel visitare thirsim tunc ipse thirsis faciet ipsum pulchriorem quam sit fraxinus in siluis vel mirthus in hortis id est laudabit eum super omnes principes: sed ista laudatio non est liberalis quia est conditionalis et mercenaria scilicet si bene feceris laudabo te et ideo corydon liberalius cantauit. i. laudauit quam thirsis.

Melibeus.

Hec memini: et victum frustra contendere thirsim
Ex illo corydon corydon est tempore nobis

¶ Construe: ego memini hec carmina vestra et memini thirsim esse victum et frustra contendere. cum coridone et ex illo tempore est nobis amicus. i. ex illo tempore cepi amare coridonem propter victoriam. Hec memini. nunc loquitur melibeus qui erat electus iudex et quia prius dixit alternos muse meminisse volebant ideo nunc dicit se meminisse carmina predicta et recenset thirsim id est cornificium victum et coridonem victorem et ex illo tempore coridon fuit sibi amabilis.

¶ Octaua egloga.

Pastorum musam damonis et alphesibei
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes: quorum stupefacte carmine lynces
Et mutata suos requierunt flumina cursus
Damonis musam dicemus et alphesibei
Tu mihi: seu magni superas iam saxa timaui
Siue oram illirici legis equoris: en erit vnquã
Ille dies: michi cum liceat tua dicere facta
En erit: vt liceat totum michi ferre per orbem
Sola sophocleo tua carmina digna cothurno
A te principium: tibi desinet accipe iussis
Carmina cepta tuis: atq3 hãc sine tempora circum
Inter victrices hederã tibi serpere lauros
Frigida vix celo noctis decesserat vmbra
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est
Incũbens tereti damon sic cepit oliue

¶ Construe. Non dicemus id ẽ cantabimus musam. i. cantilenã pastorum sc3 damonis et alphesibei quos certantes sc3 pastores iuuenca imemor herbarum id est oblita pastus mirata est id est admirata ẽ et quoꝝ sc3 pastoru3 carmine id est cãtilena lynces id est illa aialia fuerunt stupefacte et quoꝝ carmine flumina mutata. i. aque separate a loco requierunt id est quesiuerunt proprios cursus suos et dicem⁹ musam damonis et alphesibei et tu cesar superas. i. vincis mihi. i. apud me saxa id ẽ lapides timaui magni. i. illius fluuii venetie siue tu legis id ẽ transis oram. i. regionem equoris illirici. i. maris damalchie en vnq̃ erit ille dies id ẽ nũquid veniet. mihi tempus vt liceat. i. expediat mihi dicere id est decantare tua facta. i. gesta tua an erit id est certe erit id est veniet dies vt liceat mihi ferre id ẽ dicere per totũ orbẽ sc3 tua carmĩa sola. i. q̃ sola sũt digna cothurno sophocleo. i. stilo thragico quo vsus est sophocles. principium muse mee erit a te augusto ⁊ musa desinet id est finiet a te et tu accipe carmina cepta id est incepta tuis iussis. et sine id est permitte hãc hederam id ẽ paruam coronã meam circũ tp̃a serpere. i. latẽter ire ĩter lauros victrices. i. ĩter maximos et triũphos p̄bos ⁊ vmbra frigida noctĩ vix decesserat a celo ⁊ cũ. i

quando ros id est pluuia est gratissimus pecori id ē gregi in herba tenera ¶ Damon incumbens oliue id ē baculo oleastri tereti id ē rotundo sic cepit loqui. ¶ Pastorum musam. huic egloge preponitur talis titulus damonis et alphesibei pastorum contensio. vnde in ista egloga primo proponit poeta: deinde prosequitur ibi ¶ Nascere. primo ergo proponit se dicturum carmina damonis et alphesibei scz cornificii et virgilii quā eglogam fecit vir zilius in laudem pollionis de cuius puero prius dicit incipe parue puer. dicit ergo virgilius: nos dicemus musam damonis et alphesibei pastorum qui contendunt de suis amoribus vt dicetur post et est eorū carmē tam delectabile ꝙ iuuenca id ē iuuenis vacca obliuiscitur pastum et linces feroces bestie sunt stupefacte in dulcedine illius carminis. Et incipit constructio in illo verbo dicemus. ¶ Tu mihi. hic virgilius affectat videre diem in quo possit laudare pollionem et sperat illud fore statim qꝛ vtitur aduerbio demōstratiuo scz en: vel optandi quia vtrāqꝫ habet significationem et est thinanus fluuius venecie et mare illiricuz est mare dalmacie vbi pollio habuit multas victorias. ¶ Et sola sophocleo. Sophocles fuit vnꝰ ex optimis poetis et altiloquis humiliter ergo dicit virgilius: ꝙuis sensus meus non sufficiat dicere laudes pollionis magnas que sunt digne solo sophocleo tamen pro posse meo dicam laudes tuas ¶ A te principium id est ista egloga facta est ex tuo precepto et finitur in laudibus tuis. ¶ Hanc sine tp̄a. Hic est anastropha et quia pollio erat etiam poeta ideo celo id ē hora matutina damon incepit loqui vt sequitur Et dꝛ teros illud quod est longum et rotundum sicut lancea vel arbores.

Damon

Nascere: preqꝫ diem veniens age lucifer almum
Cōiugis indigno nyse deceptus amore
Dum queror et diuos: quāquā nil testibus illis
Profeci: extrema moriens tamen alloquor hora
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Menalus argutumqꝫ nemus pinosqꝫ loquentes
Semper hꝫ: semper pastorum ille audit amores
Panaqꝫ: qui primus calamos non passus inertes
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Mopso nysa datur: quid non speremus amantes.
Iungentur iam griphes equis: euoqꝫ sequenti

Cum canibus timidi venient ad pocula dāme
Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor
Sparge marite nuces: tibi deserit hesperus oetam
Incipe menalios mecum mea tibia versus
O digno coniuncta viro dum despicis om̄is
Dumqꝫ tibi est odio mea fistula: dumqꝫ capelle
Hirsutumqꝫ supercilium: prolixaqꝫ barba:
Nec curare deum credis mortalia quenquem
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Sepibus in nostris paruā te roscida mala
Dux ego vester eram: vidi cum matre legentem
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.
Jam fragiles poteram a terra contingere ramos
Ut vidi vt perii: vt me malus abstulit error:
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Nunc scio quid sit amor. duris in cotibus illum
Ismarus: aut rodope aut extremi garamantes:
Nec nostri generis puerū nec sāguinis edunt
Incipe menalios mecum mea tibia versus.
Seuus amor docuit natorum sanguine matrem
Cōmaculare manus: crudelis tu quoqꝫ mater
Crudelis mater magis: an puer improbus ille
Improbus ille puer: crudelis tu quoqꝫ mater
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Nunc et oues vltro fugiat lupus: aurea dure
Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus
Pinguia corticibus sudent electra mirice
Certent et cygnis vlule: sit tityrus orpheus.
Orpheus in siluis: inter delphinas arion.
Incipe menalios. et ce.

Omnia vel medium fiant mare: viuite silue
Preceps aerii specula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto
Desine menalios: iam desine tibia versus
Hec damon: vos que responderit alphesibeus

¶ Construe. o lucifer. i. stella preueniens id est anteueniens age. i. duc vel fac diem almum id est clarum nascere id est in lucem venire dum ego damon deceptus amore indigno quasi non sim dignus amore nise. i. illius puelle coniugis mee queror deos. i. lamentor apud deos quamquam. i. quamuis nil profeci id est nullum fructum feci illis testibus. id est ipsis diis scientibus tamen ego moriens id est statim moriturus alloquor id est diuos conuenio in extrema hora. o mea tibia. i. mea fistula incipe. i. canta mecum versus menalios. i. versus archadicos menalus id est ille mons semper habet nemus argutum id est siluam resonantem et habet pinos id est illas arbores loquentes. i. sonum facientes et ille scilicet menalus audit semper amores pastorum id est carmina de amoribus facta ipsorum pastorum et ipse audit pana. i. illum deum qui non est passus primus id est qui primus non permisit calamos inertes. i. fistulas sine arte. ¶ Incipe menalios. etc. et nisa id est puella mea datur in vxorem mopso id est illi pastori quid non speremus amantes. id est quid est quod non debeamus sperare: quasi dicat omnia: et griffes. i. illa animalia iungentur. i. coniungentur equis id est cum equis euo sequenti. i. etate sequenti: et dame timidi. i. illa animalia timentia venient. i. accedent cum canibus ad pocula id est ad fluuium. o mopse otu deformis incide. i. incidas nouas faces id est thedas. Nam vxor. i. coniunx ducitur. i. datur tibi. o marite. i. mopse sparge id est infunde nuces hesperus id est illa stella deserit id est dimittet tibi oetam. i. illum montem thessalie. Incipe menalios. etc. o coniuncta id est vxor viro. i. marito digno. i. nobili dum tu despicis id est spernis omnes homines et dum mea fistula est tibi nise odio. i. in odium habes. et dum capelle sunt tibi odio et dum supercilium hyrsutum id est dum grauitas pillosa est tibi odio et dum barba prolixa id est magna est tibi odio tu non credis quemquam deum aliquem deorum curare mortalia id est solicitum esse de rebus humanis ¶ Incipe menalios. etc. et ego vidi te nisam puam. i. iuuenem legentem id est colligentem cum matre tua mala. i. poma roscida. i. viridia in nostris sepibus id est clausuris nostris. et o capelle tunc ego eram vester dux. i. ducebam vos et alter annus i. secundus ab vndecimo anno tunc. i. tunc ceperat me. i. attigerat et tunc ego poteram contingere. i. attingere ramos fragiles. i. faciles a terra. id est stans in terra vt vidi id est mox vel cito vidi vt perii. i. qualiter perii et vt malus error. id est ille amor abstulit id est arripuit me. ¶ Incipe menalios. et cetera. ¶ Et nunc scio id est cognosco quid sit amor

ismarus id est ille mons et rodope id ē alius mons et garamantes extremi id ē illi populi longīqui generant amorez illum in cotibus duris id est inter saxa aspera et illi non edunt id est nō pariūt illū pueruz id est amorem nostri gn̄is vel sanguinis id est eē natum ex hoībus humanis. ¶ Incipe menalios. ₇c. et amor seuus crudelis docuit matrez id est medeam maculare manus sanguine natorum id est puerorū et tu mater id ē medea es crudelis an id ē vtrū mater id ē medea sit magis crudelis an puer id ē amor improbus id ē crudelis fuerit mag; dico: q̄ ille puer. i. amor fuit improbus et tu mater id est medea es crudelis. ¶ Incipe menalios. ₇c. Nunc lupus id ē illud aīal fugiat vltro id ē spōte oues id ē agnos et quercus id ē ille arbores dure id ē rigide ferant id est p̄ducant mala id ē poma aurea id ē matura et aln⁹ id ē illa arbor floreat narciso id est p̄ducat illū florez et myrice. i. ille arbores sudent id est emittant electra pinguia id est gemmas succinas pro corticibus suis et vlule id ē volucres ille certent id ē contendent cignis id est cum illis aīalibus et tityrus id ē ille pastor sit orphe⁹ id ē bonus musicus sicut fuit orpheus: orpheus sit in siluis id est sit rusticus. ¶ Incipe menalios ₇c. Et omnia fiant id ē efficiant mare medum et o silue viuite id est valete q: nolo plus habitare siluas ₇ ego preceps deferar id est deorsum ferar de specula id est de altissimo montis aerii id est montis altissimi in vndas id est in aquas et o tu nisa habeto id ē accipe hoc munus id est donū extremum id est vltimuz mei damonis morientis. et o mea tibia desine id est cessa cantare vers⁹ menalios id ē archadicos et damon dicit hec carmina et o pierides dicite id ē canite carmina que alphesibeus id ē ille pastor responderit id est cantauerit et nos om̄s non possumus cantare oīa carmina.

¶ Nascere preq; diem. Hic prosequitur quod promiserat sc; damōis musā ₇ introducitur damon faciens conquestionem ad deos super impietate sue coniugis que ip; dimisit et aliū desponsauit ₇ nomē illi nysa fuit. ¶ Dum queror. prima sillaba de queror est breuis et est deponens: sed quando est passiuū producit primam sillabam. dicit ergo q̄uis ego conquestus sum ad deos de deceptione mee coniugis et nihil mihi profecit tamen tanq̄ desperatus dicam verba vltima. dicit ig̊ coniugis nō quā habebat sed quam habere sperabat. ¶ Nil profeci. hic loquitur s̄m epycureos qui non sperant post hanc vitam premiū nec supplicium. Iuxta illud nec bonuz pro merito capitur nec tangit̄ ira illic vel igni extrema hora sicut in quarto eneydos. Incubuitq; tauro dicitq; nouissima verba moriens. id est statim moriturus ¶ Incipe menalios. Hic est fictio noue persone et loquitur ad rem irrōnabilem per prosopopeyam figuram sc; ad fistulam quā vocat tibiā que est instrumentū longum ad modū tibie. dicit ḡ ad suū mg̅r̅m musicum Incipe mecum dicere carmīa menalia. i. optima: q: menalius est mōs vbi. fuerunt optimi poete qui locuti sunt de amoribus pastor̄ et dicit̄ iste versus interscalaris sicut sunt aliqui dies in calēdario qui sepe re

sumuntur sicut est dies bissexti ¶ Mopso nysa datur. Hic icipit carmē
miserabile et dolorosum qꝛ nisa vxoꝛ sua datur alteri marito scꝫ mopso
¶ Quid nos speremus amantes. quia amatores sperant oīa fieri pos=
sibilia imo etiam sperāt illa que sunt cōtra naturā. est eñi contra natu=
ram ꝙ illa speciosa nysa detur illi rustico scꝫ mopso sicut et contra natu=
ram est ꝙ gryffes et equi diligant seinuicē et ꝙ dāme timidi canum bi
bant simul cū canibus. est autē griffes volatile habens corpꝰ sicut leo ⁊
caput et pedes aquile et naturaliter odit equos. dāma est dubii gene=
ris et est aīal cornutū timēs canes. griffes habet vltimam breuem sicut
nomina greca. ¶ Mopse nouas. qꝛ antiqtus vxores nocte ducebantur
ad maritos cum facibus. ¶ Sparge marite. quia cōsuetudo erat spar
gere nuces quando sponsa erat cum sponso vt pueri vacātes raptim nu
cum cū magno strepitu cassando et colligēdo illas nuces īpedirēt audi
ri colloquiū spōsi cū sponsa. et est oeta mōs altus in thracia vel in tessalia
vbi videntur stelle occidi sicut in yda videntur oriri: et est vesperꝰ stel=
la prima noctis iuxta illud. Vesperus ē stella. ⁊ c. ¶ Incipe menalios.
Iterum resumit versum interscalarē ¶ O digna coniūcta viro. Nūc ī
sultat et obiurgat illi nyse que dimisit omnes alios maritos pro illo ru
stico mopso: et est sarcosmos hostilis derisio: quasi diceret tu es mi=
serrima que diligis illum rusticū et dimittis me et meā fistulam ꝗ ha=
beo supcilia aspera et pilosa et barbam longuā quia sunt signa fortis vi
ri et robusti iuxta illud. Est homo pilosus fortis vel luxuriosus. ¶ Nec
curare deū. i. nō putas deos habere curā de rebus inferioribus: et loqui
tur scdm stoicos qui dixerunt ꝙ deꝰ circa cardines celi perābulat ⁊ no=
stra non considerat dicentes ꝙ non est cura deo de bobus et asinis itaqꝫ
nysa credit ꝙ dii eā nō puniāt ¶ Sepibus in nostris. Hic damon aggra
uat suum dolorem et increpat cupidinem deū amoris ꝗ necdū fecit hoc
malum matrimoniū imo multa alia: loquitur ergo ad nysam dicens ꝙ
ipse a puericia eam cognouit ab illo tēpore quādo cū matre sua collige
bat poma rosida. i. humida sicut ros et viridia qui pueri talia amant
¶ Dux ego vester. Loquit᷑ ad capras suas quarū iā erat pastor: vel loq̄
tur ad nysam vel matrem suam quas ad poma ducebat ¶ Alter ab vnde
cimo. i. tūc erat annorū xiii. quia duodecimꝰ nō est alter ab vndecimo im
mo est primus et tūc incipit pubertas et tunc etiā damon incepit amare
et iam erat magnꝰ quia iam attingebat ad ramos arboris ⁊ est parēthe
sis. dux ego: quia vna clausula cōmiscetur cū alia ¶ Vt vidi vt perii No
tandū est ꝙ istud aduerbiū vt. aliqñ est temporis et aliquādo similitudi
nis: vt vidi. i. mox vel cito vidi vt perii. i. qualiter perii vt me malus. i. q̄
liter amor fecit me errare: et est boethesis: sed nec cedit vocalis vocali il
lius verbi perii ¶ Nunc scio quid sit amor. Hic diffinit amorem descri=
bens eius natiuitatem quia nūq̄ fuit natus ex hominibus mansuetis
sed fuit natus ex montibus asperrimis sicut sunt ismarus et rodope vel
ex hominibus siluestribus seclusis ab hūana conuersatione sicut sūt ga
ramantes populi extranei in finibus affrice. ¶ Seuus amor docuit.

Narrat mala que fecit amor: quia medea videns se cōtentā a iasone iter fecit pueros suos ¶ Crudelis tu quoqȝ. Increpat etiam ipam medeaȝ vt non videatur prorsus excusari nec fit tota culpa libidis. homo etiaȝ q̄ est animal rōnale debet habere rōem dominātem super insultuȝ amoris veruntamen puer scȝ cupido fuit crudelis incitando et mater fuit crudelis etiā obediendo ¶ Nunc et oues. Hic tanq̄ desperatus optat puerti totū ordinem nature: q2 postq̄ nisa quā ipse cognouit a puericia auertitur ab eo optat vt lupus timeat oues et quercus ferat poma rubea et aln9 ferat narcisum florem optimum et geneste ferant electrum gūmi preciosum ¶ Certent et cignis vlule. i. hupupe q̄ sunt aues turpes cantent sicut cigni. et tityrus pastor videatur in siluis cantare sicut orphe9 optimus lirista. et videatur in mari inter delphinas optimus cytharista sicut fuit amon qui cum fuisset deprehensus a pyratis rogauit eos vt diceret vnū carmen in cythara et statim congregati sunt delphines circa nauem ad audiendū sonum: ip̄e autē saliit super vnum delphinem et sic euasit a piratis. et est delphinas actūs grec9 et corripit as ¶ O ia vel mediū. Hic tanq̄ desperans optat q̄ non sint amplius aliquę herbe imo omnia sint in medium. i. sint in mare sicut dicit ouidius ī primo methamorphoseos Omnia ponthus erat. Mare igitur dicitur mediū q̄a tenet plusq̄ mediū mūdi ¶ Viuite silue. viuo verbum est cū desperatiōe recedentis ac si diceret valete et viuite ⁊ ad deum sitis ¶ Preceps aerii Hic optat precipitari in mare de cacumine alicuius mōtis et sic mori et vult q̄ nisa habeat istud carmen pro munere ab ipso moriente ¶ Desine menalios. i. non vult amplius cātare post mortem ¶ Hec damō. Hic loquitur poeta dicens q̄ damon dicit que dicta sunt sed illa que dicēda sunt non sunt verba humana sed potius diuina ideo requirunt deas carminū q̄si dicat oīa p̄dicta sūt vtcūqȝ dicta sȝ ad seq̄tia necesse ē inuocare diuinū auxiliū vbi hoīes nō sufficiūt p̄ scipsos q2 non oīa possum9 oēs

Effer aquā et molli cinge hec altaria vitta Alphe.
Verbenasqȝ adole pingues et mascula thura
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus nichil hic nisi carmina desunt
Ducite ab vrbe domuȝ mea carmina ducite daphni
Carmina vel celo possunt deducere lunā
Carminibus circe socios mutauit vlixis
Frigidus in pratis cātādo rumpitur anguis
Ducite ab vrbe domuȝ mea carmina ducite daphni
Terna tibi hec primum triplici diuersa colore
Licia circundo terqȝ hec altaria circum

Effigiem duco: numero deus impare gaudet
Ducite ab vrbe domuz mea carmina ducite daphni
Necte tribus nodis ternos amarilli colores
Necte amarilli modo: et veneris dic vincula necto
Ducite ab vrbe domuz mea carmina ducite daphni
Limus vt hic durescit: et hec vt cera liquescit
Uno eodemqz igni sic nostro daphnis amore
Sparge molā et fragiles incende bitumine lauros
Daphnis me malus vrit: ego hāc i. daphnide laurū
Ducite ab vrbe domuz mea carmina ducite daphni
Talis amor daphnim qualis confessa iuuencum
Per nemora atqz altos querendo bucula lucos
Propter aque riuum viridi, procumbit in herba
Perdita nec sere meminit decedere nocti
Talis amor teneat nec sit michi cura mederi
Ducite ab vrbe. et cetera
Has olim exuuias michi perfidus ille reliquit
Pignora cara sui: que nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando: debent hec pignora daphni
Ducite ab vrbe. et cetera
Has herbas: atqz hec ponto michi lecta venena
Ipse dedit meris: nascuntur plurima ponto
His ego sepe lupum fieri et se condere siluis
Merim: sepe animas imis exire sepulchris
Atqz satas alio vidi traducere messes
Ducite ab vrbe. et cetera
Fer cineres amarilli foras: riuoqz fluenti
Trāsqz caput iace: ne respexeris his ego daphnim
Aggrediar: nichil ille deos: nil carmina curat
Ducite ab vrbe. et cetera

Aspice corripuit tremulis altaria flāmis
Sponte sua dum ferre moror: cinis ipse: bonum sit
Nescio quid certe est et hilas in limine latrat
Credimus: an qui amāt ipsi sibi somnia fingunt
Parcite: ab vrbe venit: iā parcite carmīa daphnis

Construe. Effer. i. deferas aquā et cinge. i. circūda hec altaria vitta. i. illa herba molli. i. dulci et adole. i. incende verbenas. i. herbas illas pingues. i. crassas et adole thura mascula. i. fortia vt ego experiar auertere. i. peruertere sensus sanos id est nō amantes coniugis mei sacris magicis id est ab arte magica et nichil deest in isto loco nisi carmina. i. incātationes desunt. i. deficiunt. o mea carmina ducite daphnim. i. meū maritum ab vrbe. i. a ciuitate domum. i. ad domum rusticam et carmina. i. incantationes possunt deducere. i. deorsum ducere lunam ex celo. i. de celo et circe. i. illa mulier mutauit carminibus. i. incātationibus socios vlixi. i. illius nobilis et anguis. i. serpens frigidus. i. noxius in pratis. i. per prata rumpitur. i. amittit vim suam cantando id ē duꝫ incantatur ducite ab vrbe. et cꝭ. O daphni ego circundo. i. scindo tibi terna licia. i. tria fila hec diuersa colore triplici primum. i. in primis et ego duco id ē traho effigiem. i. ymaginem coniugis ter. i. triplicem circa hec altaria deꝰ gaudet numero impari ¶ Ducite ab vrbe. ꝛc. o amarilli necte. i. liga ternos colores. i. illos triplices colores tribus nodis et o amarilli necte. i colliga modo. i. nunc istos colores et dic ego necto vincula veneris. i. dee amoris. Ducite ab vrbe ꝛc. et vt. i. sicut limꝰ. i. terra durescit. i. fit dura. ⁊ vt. i. sicut hec cera liquefit. i. fit liquida vno et eodem igni. i. per ipsuꝫ solem sic. i. eodemmodo daphnis durescat et liquescat amore nostro.
O amarilli sparge. i. infunde molam. i. far et salem et incende. i. comburere lauros fragiles bitumine. i. diuino igne ⁊ daphnis malus. i. amor anxius vrit me et ego comburam hanc laurum. i. arborem. in daphnide. i propter amorem daphnidis. Ducite ab vrbe et ceťa. tais amor teneat daphnim qualis amor fuit cum buccula. i. parua iuuenca procubuit. i. quieuit in herba viridi perdita scꝫ buccula propter amorem propter. i iuxta riuum aque querendo iuuencum suum per nemora ⁊ per lucos altos. i. siluas magnas. ⁊ ipsa buccula nō meminit decedere. i. recedere nocti sere. i. tarde et talis amor teneat daphnim ne cura. i. sollicitudo mederi. i. querendi medicinam sit michi. Ducite ab vrbe. ꝛcꝭ. Ille scꝫ daphnis perfidus. i. malus reliquit michi has exuuias. i. vestes tanꝙ pignora. i. munera cara sui: que scꝫ pignora o terra ego mando tibi in ipso lumine. i. in loco sacro et ipsa pignora debent daphnī ipsum reducere ab vrbe. ¶ Ducite ab vrbe. et cetera. Ipse meris. i. ille magicus homo dedit michi has herbas et dedit hec venena michi lecta. i. collecta pontho i. in tali regione plurima venena nascuntur. i. crescunt pontho. i. in illa regione et ego vidi merin. i. illum magicum sepe fieri. i. mutari in lupū

his.i.herbis et vidi se condere.i.abscōdere in silvis et vidi animas exire id est extra ire sepulchris imis.i.profundis et vidi ipsum traducere id est transmutare messes.i.blada satas.i.seminatas ab alio homine ¶ Ducite ab vrbe.et cetera.o amarilli fer.i.porta cineres foras et iace.i. pice illas:trans caput.i.retro caput riuo fluenti.i.in aquam currentem et caue ne respexeris retro te et ego aggrediar.i.adoriar daphnim his artibus magicis et ille daphnis nil curat deos et nil curat carmina.i.incantationem ¶ Ducite ab vrbe.et c.o amarilli aspice ipse cinis corripuit.i.rapuit altaria sua sponte flammis tremulis.i.leuiter flammis trementibus dum moror.i.tardo ferre.i.portare:et vtinam hoc sit bonum:certe nescio quid hoc est:et hylas.i.ille iuuenis latrat.i.clamat in limine.i.in loco illo.credimus.i.ita iudicamus an.i.vtrum qui amant fingunt.i.cogitant somnia sibi et o carmina mea parcite quia nolo amplius cantare quia iam daphnis venit ab vrbe. ¶ Effer aquam. Loquitur alphesibeus in persona vxoris tullii vel daphnidis loquentis ad ancillam suam amarillidem vt afferat sibi aquam et alia que requiruntur ad fascinum construendum pro marito suo qui repudiat eam et vult facere incātationes et carmina ad mouendum et mutandum animum mariti sui vt conuertatur ad eam et precipit ancille sue afferre aquam et circundare altaria de vitta.id est de fascia vel benda:et debet vitta scribi per duplicem.tt. ¶ Verbenasque. Verbena a verberando dicta est quia est congrua in sacrificiis amoris quia est generatiua lactis et respicit mammillas.et ideo potest dici vberina quia confortat vbera vel verbera quasi veruena quia viridis sicut herbe caste dicuntur a virtute virides quia virtus non senescit.antique vero glose habent verbenas.i.herbasillas vel folia oliue. ¶ Adole.i.incende vel inflamma mascula thura.i.fortia que sunt ad modum testiculorū ¶ Coniugis vt magicis.i.da michi predicta vt possim peruertere sensus sanos coniugis mei ¶ Sanos id est nō amantes quia per contrariū amantes dicūtur insani et non amatores sunt sani sicut erant daphnis et tullius ad vxores suas repudiatas ¶ Nichil hic nisi.i.non dubito quin reuocauerim ad amorem meum daphnum si fiāt incantationes vel carmina ¶ Ducite ab vrbe.id est scio quod carmīa cōpellent daphnim redire a ciuitate ad domum rusticam et pastoralem versus vxorem suam. ¶ Carmina vel celo.facit argumentum ad probandum a fortiori quod carmina possunt mutare mentes hominum quia carmina possunt facere quod luna descendat de celo.quia sortilegi dicunt quod quando luna est in defectu ipsa non est amplius in celo sed descendit in terram per incantationes mulierum.luna enim habet potestatem in celo super terram et in inferis.et ideo dicitur in eneyde tria virginis ora dyane.et dicitur luna quasi lucentium vna ¶ Carminibus circe. Facit aliud argumentum.quia cyrce filia solis mutauit socios vlixis in bestias per suas incantationes et per sua carmina. ¶ Fugidus in pratis. carmina nedum mutant sensum hominis imo faciunt serpentes veire

ad incantatorem ita etiã faciã amatorem meum venire ad me ¶ Terna tibi. Hic incipit facere fascinium circundando altare triplici litio. Et dicitur litium quasi ligatium per quod ligantur stanna textorum i trincata ideo conuenienter vtitur litio ad incãtandum amatores ⁊ ad intrincandum eos. et erant ter tria litia tribus coloribus sc3 tria rosea et tria alba et tria nigra et sic erant nouem sicut in principio misse noni es dicitur kyrieleyson etc. dyabolus enim vult suum sacrificium fieri sicut diuinum ¶ Effigiem duco. quia incantatrices et malefici faciũt duas ymagines vnam de luto et aliam de cera quas ymagines ducebãt ter circa altare ¶ Numero deus. Assignat causam quare dicit ter q̃a deus gaudet numero ternario vel impare cuiusmodi est ternarius qui est diuinus numerus et perfectus: habet enim principium medium et finem: sed poete hoc dixerunt de echate vel luna que habet tres potestates vt dictum est vel de quolibet numero propter perfectionem dicti numeri ternarii ¶ Necte tribus. Loquitur iteru3 vxor tullii ad ancillam suam dicens facias in quolibet colore predicto tres nodos ⁊ sic erũt tres nodi et dicas ego necto vincula amoris et est modus incantandi sortilegarum. ¶ Limus vt hic. Ponit aliud misterium sacrificiorum paganorum. Prius enim dictum est q̃ fiebant due ymagines vna de luto alia de cera: nunc facit orationem deprecando q̃ sicut vnus et idem sol durefacit lutum et liquefacit ceram ita vnus et idem amor reddit cor istius amatoris molle et tenerum et postq̃ conuersum fuerit cor amatoris in amorem meum possit confirmari et solidari sicut lutum solidatur a sole. ¶ Sparge molam. Tangit aliud misterium quod fiebat a maleficiis antiquorum: quia fiebat quedam massa ex solo et farina que dicebatur mola salsa que aspergebatur super sacrificium ⁊ ignem holocausti: ignis autem ille fiebat ex lauro que est arbor viridis sicut amor ⁊ cũ sulphure quod est vehementer ardens et flammabile. Et intelligitur p̱ bitumen quod generatur ex fulmine circa babilonem vbi cadunt multa fulmina et est quedam terra tenax ad significandum tenacitatem amoris ¶ Daphnis me malus. Verba sunt ipsius qui faciebat maleficium. i. sicut ego vror amore daphnidis ita ego propter eum vram istam laurum ¶ Talis amor. Loquitur optatiue. i. vtinam daphnis habeat talem amorem sicut buccula. i. parua vacca vel iuuenca que est fessa querendo taurum per nemora et lassa procũbit in viuo frigido et ibi remanet tota nocte. sic contingat daphnidi amare me ardenter et ego nolim sibi dare remedium per artem magicam nec me sibi iungendo q2 istis duobus modis refrigeratur amor. ¶ Has olim exuuias. Dicit q̃ daphnis sibi dimisit queda3 vestimenta sua in pignus sui amoris que ipa vult nunc sepelire in introitu domus qui est locus sacer et dicatus veste sc3 dee ignis et dicit q̃ ista vestimenta debent sibi daphnidem reddere in virtute artis magice. et facit prosopopeyã loquẽdo ad rẽ irrationabilem cum dicit terra tibi mando ¶ Has herbas. Ponit fiduciam in suo opere quia herbe sunt collecte ĩ pontho insula vbi sunt optĩa venena ¶ Ipse

dedit meris.i.ille:qui fuit optimus magicus:docuit illā ¶ His ergo cō firmat per experientiā φ ars sua est efficax cū ipsa iam mutauit homies in lupos.ipsa etiam vidit φ meris pastor magicus reuocabat animas a sepulchris et resuscitabat mortuos et transferebat segetes vnius agri in alium agrum ¶ Fer cineres. Postφ laurus et ymagines predicte sunt redacte in cinerem illa domina precipit ancille sue afferre cineres ⁊ proiicere eos retro caput suū in riuū fluentem et non respiciat retro ad significandum φ malicia daphnidis sit deleta et nunφ redeat amplius in suum errorem nec amplius dimittat vxorem suam vel iubet φ nō respiciat retro ne videat deos qui sunt in sacrificio.dii enim ab hominib⁹ nolunt videri nisi miraculose et supnaturaliter ¶ Nihil ille deos.id est daphnis dicit deos non curare de istis inferioribus sicut opinātur stoici nec credit φ carmina possint imutare mentes hominum sed ego probabo sibi contrarium et ipsum reducam ad me ¶ Aspice corripuit.loquitur ancilla ad dominam dicens videbo quomodo ille cinis sponte sua sine igne inflammat altaria φ diu ego retardo ipsum proiicere retro me sicut iussisti nescio quid significat.quia hylas catulus noster fortiter clamat in limine vbi sunt abscondita vestimenta in terra quando dictuꝫ ē: terra tibi mando. ¶ Credimus. Iste textus reperitur varius quia quidam habent en qui amant et alii habent dii quid amant et alii habent an qui amant:et videtur esse melius capiendo an disiunctiue pro vel.et est trocheus in secundo pede exametri.nam en qui et prima de amāt faciunt trocheum faciendo synalimpham non obstante doctrinalis regula. Sedes nulla datur.etc.quia iste liber factus est multo ante alexandrum qui locutus est secundum vsum metrificandi modernum:et vult ibi dicere ancilla vel poeta sub eius persona φ nescit quid est de illis magicis et de visionibus que illic fiunt sed credit φ ipsi amatores estimant ⁊ somniant tales visiones fantasticas in quo notat φ virgilius purgat se a talibus magicis incantationibus ¶ Parcite ab vrbe.i.nolo amplius carminare quia iam certa sum φ daphnis venit ab vrbe ad me et est iam in via

Nona egloga sequitur. Lycida.

